

OF·GEMS·&c GEM·CUTTING
GEMSTONES·OF·NORTH·AMERICA·PROSPECTING·FOR·GEM
STONES·AND MINERALS
MINERALOGY·EMERALD·AND·OTHER·BERYLS·CATALOG
EX LIBRIS
JOHN SIN KAN KAS

ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ.

DE LAPIDIBUS,

POEMA ORPHEO A QUIBUSDAM ADSCRIPTUM,

GRÆCE ET LATINE,

EX EDITIONE JO. MATTHIÆ GESNERI.

RECENSUIT NOTASQUE ADJECIT

THOMAS TYRWHITT.

SIMUL PRODIT AUCTARIUM
DISSERTATIONIS DE BABRIO.

LONDINI,
TYPIS J. NICHOLS;
APUD BIBLIOPOLAS, PAYNE, WHITE, ET ELMSLY.
M.DCC.LXXXI.

this band

ERRATA.

P. 28. v. 181. poſt Καπνον pone comma.
36. not. l. antepenult. l. αγγελλω.
60. v. 445. pro ετελλιν, l. εμελλεν.
76. v. 598. l. παραΐσσουσι κεραυνοι.
80. v. 620. pro μιθοισι, l. μυθοισι.
Ibid. v. 631. l. δι' αμυμονος.

PRÆFATIO.

ORPHEI nomen, poemati huic præfigi solitum, cur omiserim, patebit ex notatis ad argumentum, p. 6. n. (2).

In cæteris editionem Jo. MATTHIÆ GESNERI, quæ simul omnes priorum editorum notas continet, repræsentare constitui, sublata tamen pravissima illa carminis in plures sectiones distributione, quam ab auctore profectam nemo credat, & quæ ad mentem ejus obscurandam magis quam illustrandam sæpius est idonea (1). Porro cum poema hoc, post tot editiones, partim ob oeconomiam ipsius prorsus ignoratam, partim ob graves, quibus singulæ scatent paginæ, librariorum errores, etiamnum (secundum illud Aristotelis) εκδεδομενον και μη εκδεδομενον jure censeatur, mihi

(1) Inter alia interpretationem Latinam, a Gesnero, ut titulus præfert, *utcunque accuratam et emendatam*, recudendam dedi. Cujus jam poenitet. Sed profecto, antequam schedas post typographorum operam corrigendas perlustrarem, non animadverteram, quam parum interpretatio illa ad auctoris nostri illustrationem profutura esset.

præcipue laborandum duxi, ut oeconomiam ejus, quoties a Geſnero male perſpecta eſt, plane et diſtincte exponerem, tum vero librariorum errores quibus poteram, ſive meis ſive aliorum ſubſidiis, tollere tentarem. Et in hac quidem altera et difficiliore opellæ meæ parte, quam viam inſtiterim, accuratius paulo dicendum eſt.

Inter opera Orpheo tributa in edit. Philippi Juntæ, a. 1500. hic libellus *de Lapidibus* non comparet. Primum lucem vidit ex æd. Ald. a. 1517. ex MS. valde depravato. Recuſus eſt ap. Hæred. Junt. a. 1519; ab H. Stephano, a. 1566; ab Eſchenbachio a. 1689. Harum omnium editionum varias lectiones fideliter, credo, enotavit Geſnerus, diligentia magis laudabili quam eventu proſpero, cum pleræque earum ſint meræ typographorum hallucinationes, et ſatis conſtet poſteriores editiones vel Aldinam expreſſiſſe, vel ab illa ſine auctoritate Codd. MSS. diſceſſiſſe. Variis hiſce lectionibus nonnullas etiam doctorum virorum conjecturas, hinc inde collectas, nonnullas, nec infelices, de ſuo addidit Geſnerus; neque ipſe tamen Codice ullo MS. uſus. Tandem poſt mortem ipſius, collatio Codicis Pariſienſis, a Ruhnkenio V. Cl. ſubminiſtrata, editioni quæ Lipſiæ prodiit a. 1764. laudabili ſane conſilio adjecta eſt; cum Codex ille, licet non optimæ, ut videtur, notæ, novas quaſdam et luculentas

lentas præbuerit emendationes, tum etiam plures levioris momenti, quas Eſchenbachius ex conjectura tantum H. Stephani ediderat, auctoritate ſua confirmaverit.

His igitur ſubſidiis inſtructus, primum operam dedi, ut textum editionis Aldinæ ex collatione MS. Pariſienſis quantum poteram emendatum ſiſterem, adhibitis etiam noſtri locis quæ a Tzetze prolata ſunt, ex MS. alio certe et nonnunquam meliore. Quam unicam poſui quaſi ex Stobæo emendationem, ver. 75. Conradi Geſneri ingenio potius tribuendam reor. V. p. 2. n. (1). Sed cum veriſſima ſit, non magni intereſt (2). Ex-

(2) Re accuratius paulo inveſtigata, non dubito loca omnia noſtri, quæ in editionibus Stobæi poſt primam leguntur, a Conrado Geſnero interpolata fuiſſe. Simile quid obſervavit Fabricius Bibl. Gr. VIII. p. 666. de locis *Simplicii*, *Gregorii Theologi*, *Pauli Silentiarii*, *Agathiæ*, et *Agapeti*. "Nam ex Photio, qui auctorum, e quibus Stobæus ſua ſelegit, texit nomina, exploratum eſt, nullum horum a Stobæo teſtem citatum eſſe, verum loca illa ab alia manu, ut Agapeti ab editore Geſnero, acceſſiſſe." Equidem *loca illa omnia* (non ſolum Agapeti) a Geſnero inſerta credo; ut et *Hymnos Procli* duo, p. 389, 390. et ex *Orphicis*, qui vocantur, quinque, ibid. et p. 100. tum etiam plures verſus ex barbaro illo ſcriptore, qui nomen *Phocylidis* mentitus eſt. Ex vero ſcilicet Phocylide duo tantum fragmenta, opinor, conſervavit Stobæus, p. 434. 496.—Utinam exoriatur aliquis, qui genuinum nobis Stobæum ex Codd. MSS. emendatum donet, aut ſaltem *Eclogas Phyſicas et Ethicas*, quæ a Cantero ex codice mutilo et mendoſo editæ ſunt. Quantum in his ſuppleri et emendari poſſit, ex MSS. Auguſtano et Leidenſi, præclarum ſpecimen dedit Scriptor Anonymus

Exhausto hoc ex Codd. MSS. auxilio, cum plurima et gravissima adhuc restarent vitia, ad ea tollenda conjectura sola utendum erat. Provinciam autem hanc, lubricam sane at necessariam, ita administravi, ut eas doctorum virorum conjecturas, quæ certæ videbantur, id est, in quibus neque de vitio nec de remedio dubitare poteram, in textum admiserim, priore lectione in notis deposita; cæteras minus certas, in quibus scilicet aut de vitio aut de remedio dubitabatur, in notis memorare satis habuerim; nonnullas plane ineptas, quales etiam primariis disciplinæ nostræ hominibus aliquando excidere solent, silentio præterierim. Meas autem ipsius conjecturas in textum nunquam intuli, cum de illarum veritate ab aliis judicari maluerim; quod quidem futurum erat, etiam si non maluissem.

Restat ut de ætate nostri auctoris paucis agam; nam de ipso quod dicam nihil prorsus habeo. Unicus autem exstat locus, ut in n. ad ver. 70. innui, ex quo de ætate ejus conjecturam aliquam saltem facere possumus. Is est ver. 73-4.

in Miscell. Observ. vol. VII. p. 181—196. ex quo hic tantum notare juvat, versum integrum, et ad sensum apprime necessarium, *Hymno Cleanthis* restitui posse, post ver. 17. Πλην ὁποσα ῥεζουσι κακοι σφετεραισιν ανοιαις. Sic enim pergit MS.

ΑΛΛΑ ΣΥ ΚΑΙ ΤΑ ΠΕΡΙΣΣΑ ΕΠΙΣΤΑΣΑΙ ΑΡΤΙΑ ΘΕΙΝΑΙ,

Και ΚΟΣΜΕΙΝ τα ακοσμα. κ. τ. λ.

Και

Και κεν ὁ μεν κονιαισιν ὑπ' αορι κραῖος απευθης [f. αμερθεις]

Λευῖαλεῳ θαναῖῳ διος φως εκῖεῖανυσῖαι.

Hinc vero, ut mihi quidem videtur, verisimile fit, auctorem nostrum iis temporibus scripsisse, quibus Magia, velut crimen capitale, gladio vindicaretur. Hoc autem nulla lege sancitum invenio ante imperium CONSTANTII. Tum demum, invalescente Christianismo, A°. scilicet C. 357, Constantii prodiit edictum de *Magis*, &c. *supplicio capitis feriendis* (3). Sub Magiæ autem nomine damnabantur *Aruspicinæ*, *Vaticinia*, et artes omnes *Mathematicæ* vulgo dictæ; tum etiam *Theurgia* illa mystica, quam præcipue excolendam susceperant Philosophi, qui a Plotino usque sapientiæ Platonicæ fæcibus se ingurgitaverunt (4).

(3) V. Cod. Theod. IX. Tit. XVIII. 5. Constantio A. IX. & Juliano C. Conss. "*Supplicio capitis ferietur*, gladio ultore prostratus, *quicunque jussis nostris obsequium denegaverit.*" Deinde recensentur, in quos lex lata est, "*Chaldæi et Magi, et cæteri quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat.*" Hi omnes uno verbo γοητες tunc temporis Græce vocabantur.

(4) V. Eunapium in *Vit. Philos.* et speciatim in vitis *Maximi* et *Chrysanthii*. Et Maximus quidem, *vir ingenti nomine doctrinarum* (ut a Marcellino vocatur. l. XXIX. c. 1.) Juliani Imp. olim præceptor et familiaris, vetitam hanc circa res divinas περιεργιαν morte luit, sub Valente correptus, ob oraculum quoddam sciscitantibus expositum, et *capite truncatus*. Marcell. l. c. Eunap. v. Maximi. Quid igitur? (quoniam conjecturis agendum est) quid si ponamus auctorem nostrum ad hanc ipsam Maximi hujus cædem tum recentem respexisse, et proinde sub Valente floruisse? Nihil certe video, quod conjecturæ huic multum adversari possit; non pauca, quæ auxiliantur.

Poſito igitur (non dicam demonſtrato) Scriptorem hunc in ſæculo, quod legem illam Conſtantii inſecutum eſt, vixiſſe, facillimum erit difficultates nonnullas, quæ ex ulla alia hypotheſi mihi vix ſolubiles videntur, explicare. Hinc enim patet, cur multorum lapidum virtutes tam medicas quam theurgicas apud noſtrum invenimus, quorum ne nomina quidem ab antiquioribus de hac materia ſcriptoribus, Theophraſto ſcilicet, Dioſcoride, Plinio, aut Galeno, memorantur (5). Hinc quoque ratio petatur, cur auctor non modo nomen ſuum operi nuſquam inſcripſerit, ſed etiam ab omnibus rebus, quæ indicium ſui facere poſſent, prudens, ut videtur, abſtinuerit (6); cur denique libelli exemplaria tam pauca,

(5) Has lapidum virtutes, quæ vocantur, ſive poteſtates, univerſas a Theophraſto aut ignoratas aut neglectas fuiſſe conſtat. Nonnullæ a Dioſcoride περι ὑλ. ιατ. L. V. et a Galeno, περι ἁπ. φαρμ. L. IX. recenſentur, præcipue medicæ; plurimæ omnis generis a Plinio. N. H. L. XXXVII. qui etiam quæcunque in hoc libello leguntur non omiſſurus videtur, ſi ei alicunde innotuiſſent.

(6) Turbæ illæ ſub Valente, quæ Maximo funeſtæ fuerunt [V. ſupra. n. (4)] copioſe ſatis enarrantur ab Amm. Marcell. L. XXIX. Primorum reorum crimen erat *nomen imperaturi poſt Valentem deteſtandis præſagiis didiciſſe.* Procedente quæſtione, inquit Zoſimus. L. IV. p. 743. προς οργην αμετρον ὁ βασιλευς αναστας ὑποπτως ειχε προς ἁπαντας τους επι φιλοσοφια διαβοωντας, η αλλως λογοις εντεθραμμενους. Interficiebantur igitur, præter *Maximum*, ὁ εκ Φρυγιας ʽΙΛΑΡΙΟΣ ὡς δη χρησμον τινα λοξον εις το σαφεστερον ἑρμηνευσας· και ΣΙΜΩΝΙΔΗΣ επι τουτῳ· και ΠΑΤΡΙΚΙΟΣ ὁ Λυδος· και ὁ εκ Καριας ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ· ησαν δε ετοι παντες

pauca, quaſi furtim, diſtributa fuerint, ut non mirandum ſit, eum vel per octo ſæcula latuiſſe, vel tandem in Tzetzis manus ſine ulla ſcriptoris ſui memoria deveniſſe (7). Quod vero ad internos ſcrip-

τες εις ακρον παιδειας εληλυθοτες, και φθονῳ μαλλον η ψηφῳ δικαιᾳ καταρκριθεντες. Id. p. 744. Paulo aliter de *Hilario* Suidas in v. κατα παιδειαν μεν ην ανηρ ȣ γνωριμος. κοινωνειν δε αυτῳ θεος εδοκει της τȣ μελλοντος προγνωσεως. ὡστε ην μαντις αριστος. Et de *Patricio* ſic, in v. ὃς της απο των φαινομενων η παρατρεχοντων σημειων τεκμαρσεως ακριβης ην εξεταστης. Scilicet, cum Philoſophi Magiæ operam darent, non mirum eſt Magos pro Philoſophis habitos. Incendium idem ſub Valente Libanium pene corripuit [de vit. ſua. p. 56.] qui etiam ob Magiæ crimen ſæpe alias periclitatus eſt. [ibid. p. 57. 17. 34-5.] Poſt multorum, *ut pecudum, ubique trucidationem* (inquit Marcellinus. l. c.) *deinde congeſti innumeri codices, et acervi voluminum multi, ſub conſpectu judicum concremati ſunt, ex domibus eruti variis, ut illiciti, ad leniendam cæſorum invidiam.* Sæpius autem accidit, ut, *ſignatis* reorum *domibus*, immitterentur, *qui inter ſcrutinia ſupellectilis poenis addicti incantamenta quædam anilia vel ludibrioſa ſubderent amatoria, ad inſontium perniciem concinnata; quibus in judicio recitatis, ubi non lex, non religio, non æquitas veritatem a mendaciis dirimebat, indefenſi bonis ablatis, nullo contacti delicto, promiſcue juvenes aliique, membris omnibus capti, ad ſupplicia ſellis geſtoriis ducebantur.* INDE FACTUM EST PER ORIENTALES PROVINCIAS, UT OMNES, METU SIMILIUM, EXURERENT LIBRARIA OMNIA: TANTUS UNIVERSOS INVASERAT TERROR.

(7) Michael Pſellus, qui centum annis ante Tzetzem vixit, et libellum ſcripſit *de Lapidibus* qui hodie exſtat, nihil habet quod ex noſtro certe derivatum dicere poſſimus. Tzetzes tandem ſæculo duodecimo (non *ſolus*, ut dixi in n. (1) p. 3. ſed) fortaſſe *primus* poema hoc ſub titulo Orphei citavit; nam auctorem Epitomes (de qua V. ADDENDA) ante Tzetzen vixiſſe non eſt cur credamus. Scriptorem autem noſtrum in Tzetzis manus ανωνυμον veniſſe, et proinde Orphei nomine ab eo donatum fuiſſe, idcirco veriſimillimum puto, quia video

 plures

ſcriptionis characteras attinet, difficile dictu quantum lucis et energiæ prooemio accedet, ſi ſupponamus auctorem id agere, ut mirabiles philoſophiæ theurgicæ poteſtates extollat, et ſimul queratur de nova illa religione quæ his *deorum donis*

plures alios tractatus, quorum ne tituli quidem ab auctoribus vetuſtioribus memorantur, ab eodem, velut Orphei, fidenter laudari, tam in Chiliaſi, quam in Commentariis ad Heſiodum et Lycophronem, quos etiam unius Joannis Tzetzis opera fuiſſe conſtat. [V. Fabric. Bibl. Gr. X. 245. ſeq.] Hic ſcilicet non ſolum vetuſtiſſimi vatis librum hunc ΛΙΘΙΚΑ inſcriptum, ſed etiam ΕΦΗΜΕΡΙΔΑΣ, et ΔΩΔΕΚΕΤΗΡΙΔΑΣ, et ΓΕΩΡΓΙΑΝ, ad manum habuit; cum aliorum plures verſiculos ex variis locis citaverit, et τας ΕΦΗΜΕΡΙΔΑΣ quaſi ταις Heſiodi ʽΗΜΕΡΑΙΣ in toto opere præferendas extulerit. *Comment. ad Heſiod.* ʽΗΜ. *princip.* Rem vero ſic ſe habuiſſe ſuſpicor. Incidit forte Tzetzes in librum omnia hæc poemata ſimul continentem; in quo libro cum primum locum occuparent ΕΦΗΜΕΡΙΔΕΣ. v. g. quæ, utpote Muſæo inſcriptæ, ad Orphea auctorem pro more referendæ viderentur, ipſe properanter nimis et incaute cætera etiam in eodem libro poemata Orpheo tribuenda exiſtimavit. Nam, ut infra monui, p. 6. n. (2) incredibile eſt quenquam, niſi ex tali errore, poema hoc περι λιθων Orpheo tribuere potuiſſe; et poema ΠΕΡΙ ΓΕΩΡΓΙΑΣ, ex quo, velut Orphei, multos verſus protulit Tzetzes, ſatis jam conſtat non aliud fuiſſe ab illo, quod vulgatum eſt a doctiſſimo Fabricio in Bibl. Gr. VIII. ſub vero ejus titulo, ΜΑΞΙΜΟΥ ΠΕΡΙ ΚΑΤΑΡΧΩΝ. V. Weſſeling. *Probab.* c. 17. Quam parum autem in his rebus Tzetzes viderit, nihil attinet dicere; quam pronus vero in errorem fuerit, præſertim de ſcriptis ſub Orphei nomine, ipſe clarum documentum dedit in *Prolegom. ad Lycoph.* ubi, poſtquam Orphea inter Hymnorum ſcriptores memoravit, ſubjicit. γραφει γαρ ὁ Ορφευς, χωρις των ΑΣΤΡΟΛΟΓΙΚΩΝ, και ΕΠΩΔΙΚΩΝ, και ΜΑΓΙΚΩΝ, και των ἑτερων, και ὑμνους εις Δια, και τους λοιπους, ουτω· Ζευς πρωτος γενετο. κ. τ. λ. Qui talem ſcriptorum farraginem, velut Orphei, amplexus fuerit, eum omni judicandi facultate caruiſſe manifeſtum eſt.

mortales intercluderet (8). Oratio autem, ſicut a Græciſmo vetere et ſincero in tantum deflectit, ut facile ſatis credamus eam ab homine Aſiano poſt tempora Conſtantii profectam fuiſſe, ita nitidior eſt, et luminibus poeticis magis diſtincta, quam ut ætati multo ſeriori imputari poſſit. Ex his igitur omnibus ſimul perpenſis; ex materia, et forma, et fatis, et conſilio, et ſtylo hujus poe-

(8) V. ver. 22—53, in quibus nihil fere invenias, quod non per ſcientias magicas & theurgicas fieri poſſe vulgo credebatur. Cum vero Chriſtianiſmus jam dominans, auxilio legum ſcientias has coerceret et tolleret, non certe incredibile eſt Poetam, religionis veteris cultorem, querela tali uſurum fuiſſe, ver. 67—81.

Ουδε τις οιδε θεοις οπιζεμεν αθαναλοισι·
Εκ δ' οιγε πτολιων τε και ανδρων ηλασαν εσθλην
(Α δειλοι) σοφιην, Εριϐνιον ὑϐριζονλες. κ. τ. λ.

ΘΕΟΙΣ ſcilicet ΟΠΙΖΕΜΕΝ, vel ΘΕΟΥΣ ΘΕΡΑΠΕΥΕΙΝ, Ethnicorum, ſecundum ipſos, proprium erat; Chriſtiani *ασεϐεις, αθεοι*, audiebant. Sic Eunapius, *Vit. Maxim.* p. 89. de Juliano. *πανλας μεν λανθανων ὁτι* ΘΕΡΑΠΕΥΕΙ ΘΕΟΥΣ. et p. 107. de Feſto. *ὁ δε παρηλθε μεν εις το των Νεμεσεων ἱερον· και τοι γε ουδεπολε φησας* ΘΕΡΑΠΕΥΕΙΝ ΘΕΟΥΣ, *αλλ' ὡς εκολασεν ἁπανλας* ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ *ανηρηκως*. Hic autem Feſtus (ut id obiter moneam) Maximum capite truncari fecit, de quo ſupra n. (4). ΣΟΦΙΗ porro hic eadem eſt cum *Philoſophia* illa, ſuper quam Julianum ſic compellat Mamertinus in *Gratiarum actione*. c. XXIII. " *Tu PHILOSOPHIAM paulo ante ſuſpectam, ac nedum ſpoliatam honoribus, ſed ACCUSATAM AC REAM, non modo JUDICIIS LIBERASTI, ſed amictam purpura, auro gemmiſque redimitam, in regali ſolio collocaſti. Suſpicere jam in cælum licet, et ſecuris contemplari aſtra luminibus*, &c." Similia habet Libanius *de Vit. ſua*. p. 40, 41. et in *Epitaph. in Julian.* p. 291. Conſtantii enim lex, ſupra memorata, n. (3), Juliano imperante irrita jacuit; mox autem ſub Valente acerbius intendebatur. V. n. (6).

matis;

matis; mihi ſaltem veriſimile videtur, auctorem ejus neque ante Conſtantium, nec multo poſt Valentem, vixiſſe. Judicet Lector eruditus (9).

(9) Rem non omnino ἀπροσδιονύσου me facturum arbitror, ſi eidem judicio hic ſiſtam conjecturas nonnullas, quæ mihi inter ſcribendum ſubnatæ ſunt, de ætate alterius etiam poematis Græci anonymi, quod falſo, ut opinor, MANETHONI tributum eſt.

Libri iſtius ſcriptorem *antiquitatem mentitum fuiſſe* olim conjecit Lucas Holſtenius, *ex ſtylo et numeris*, ut ipſe ait. *Præf. Gronov.* ad Manethonem. Hanc autem viri doctiſſimi ſuſpicionem non ſine irriſu reprobans Gronovius, Manethonem quendam Ægyptium, bona fide uſum, Apoteleſmatica hæc ſua regi Ptolemæo, et quidem Philadelpho, inſcripſiſſe ſtatuit. *Ibid.* nec quenquam ex recentioribus me vidiſſe memini, qui ſententiæ Gronovianæ adverſatus fuerit. Hic igitur nonnulla in medium proferam, quæ me impulerunt ut crederem, poema hoc, Manethonis nomen falſo præferens, ſub imperio Romano, et quidem ad occaſum properante, literis mandatum fuiſſe.

De *ſtylo et numeris*, ex quibus ſolis conjecturam ſuam duxiſſe videtur Holſtenius, nihil dicam, niſi quod certiſſimum eſt et hunc et illos a ſæculi Ptolemæorum conſuetudine quam longiſſime abhorrere. Ea potius breviter perſequar, quæ auctorem *rerum* multo recentiorum notitiam habuiſſe teſtantur.

In Lib. I. ver. 104.

Ηελιος δ' ΥΠΑΤΟΝ [ρεζει]. Gronovius reddit. Sol *principem* [facit]. Noluit ſcilicet hominem Ægyptium, ſub Ptolemæo Philadelpho, de magiſtratibus Romanis familiariter loqui. Mihi vero non liquet vocem ὕπατον, ſubſtantive poſitam, de alio quam *conſule* intelligi poſſe.

Lib. IV. ver. 66. de Venere dicitur.

Φραζει τοι βιοτην βαθυχρημονα, ΧΕΙΛΙΑΔΑΣ τε ΑΡΧΑΣ.——Reddit Gronovius. *Millenaria Imperia.* quæ qualia ſint prorſus neſcio. Proclive erat reddere. *tribunatus militum.* Nam qui Romanis *tribunus militum*, a Græcis Χιλιαρχος vocabatur. Imperium autem aliud ejuſdem nominis, aut militare aut civile, ſive apud Græcos ſive apud Ægyptios, extitiſſe nemo, opinor, tradidit. Niſi forte contendat ali-

quis

quis auctorem respexisse ad illum Persarum et Macedonum Χιλιαρχον, de quo Diod. Sic. XVIII. 48.

Lib. IV. ver. 600.

Εξ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΙΗΣ βασιληΐδος ἡμισυ δȣλοι. Gronovius vertit—*ex liberta regia* semiservi.—quasi scriptum esset εξ απελευθερης. Sed απελευθερειη, opinor, verti debet—*libertinitas*, i. e. *status libertinus*. Notum est libertinos homines, in Romanorum politia, tenuisse statum inter ingenuitatem et servitutem medium, ita ut etiam principum liberti ἡμισυ δȣλοι vocari possent. An talis hominum *ordo* in ulla alia politia extiterit, mihi nondum exploratum est.

Lib. II. ver. 263.

Αλλοι δ' αυτε πελονται ΑΠΑΓΓΕΛΕΕΣ βασιληων,
Πιστιν τ' αμφι δικαισι θεμιστοπολων υπ' ανακτων
Ισχȣσιν, κεινο σφετερω νοῳ ιθυνοντες.

Ex hac descriptione satis patet meros principum *nuntios*, vel *cursores*, non intelligi. Mihi igitur suspicio est, auctorem loqui de iis hominibus, qui, sub imperatoribus Romanis, Latine *Agentes in rebus*, Græce Αγγελιαφοροι vocabantur. V. Valesii notam ad Am. Marcellin. L. XV. c. 3. Firmicus certe, qui sub Constantino scripsit, cum *Procuratoribus* et *Rationalibus* conjungit eos *quibus nuntiandi potestas conceditur*. Mathes. L. III. c. 4.

Lib. IV. ver. 561.

Εσται ΜΙΣΕΛΛΗΝ γενεθλη, τιμην τε θεοισιν
Ουχι νεμων. κ. τ. λ.

Manifestum est sectam aliquam hic designari; aut Judæam, aut, ut ego quidem existim[o], Christianam. Quibus aliis simul contigerit, ut exprobrarentur quasi *Hellenas odissent & Deos contemnerent*, nusquam video. Ex his autem alterum vulgatissimum fuisse Christianorum opprobrium dixi supra, n. (8); de altero nunc observandum est, nomen *Hellenis*, postquam invaluit Christianismus, non tam sæpe *gentem* alicujus hominis quam *religionem* ejus designare. Omnes a Christianismo alieni Ἑλληνες vocabantur. Luculentum exemplum est ap. Theophylact. Hist. V. 14. p. 232. Ed. Venet. ubi *Chosroes*, *rex Persarum*, de uxore Sira et seipso sic loquitur. επειδη ἡ Σιρα Χριστιανη εστιν, κἀγω ἙΛΛΗΝ. Christianos igitur iis temporibus μισελληνας, i. e. *ethnicorum*, seu *gentilium*, *osores*, proprie appellatos fuisse nemo dubitet. Sed neque in reliqua descriptione aliquid inveniatur, quod non iisdem ab

inimicis

inimicis suis sæpius objectatum est. Quod si quis tamen hæc omnia a vero Manethone de Judæis Alexandrinis dicta intelligere malit, non omnino repugnem, modo ille ostendat cætera etiam, quæ superius notavi, ab eodem proficisci potuisse.

Atque hæc hactenus de toto illo poemate quod Manethonis dicitur. Quibus adjiciam, me vehementer suspicari libros duos, primum et quintum, qui soli Manethonis personam præferunt, ab alia et recentiore manu esse quam reliqui quatuor sunt. Hanc autem mihi suspicionem inprimis movit scriptionis genus, si quid video, omnino diversum. In quatuor enim illis libris, II, III, IV, & VI, oratio, pro ætate scriptoris, satis pura est, aliquando etiam nitida; versificatio proba, contra receptas prosodiæ leges raro peccans, ita ut ipsa illa peccata librario vel interpolatori potius quam auctori imputanda videantur; ordo rerum, ut in partibus operis mutili, lucidus, et ab ipso auctore plerumque explicatus. In duobus contra libris, I, & V, oratio plerumque pinguis et scabra est, non raro barbara; peccata in metrum frequentia, et enormia; ordo plane nullus. Quin etiam in libris I, & V, singulari sane licentia, inter versus heroicos elegiaci crebro inseruntur; in reliquis quatuor libris ne unus quidem occurrit versus elegiacus. Istorum porro librorum utrique præfigitur putida ad regem Ptolemæum, ex persona Ægyptii cujusdam, allocutio; in cæteris nulla usquam Ptolemæi mentio, nihil quod auctorem Ægyptium fuisse suadeat. Plura denique Apotelesmata, quæ in hac operis parte, suo loco, secundum certam seriem, posita sunt, in libro I, extra ordinem leguntur, iisdem pene versibus expressa. Confer lib. I. ver. 308—338 cum lib. IV. ver. 50-1. 395—413. 481—490. et agnosces, opinor, hæc omnia ab eodem auctore in eodem opere poni non potuisse; agnosces etiam, nisi fallor, libri I, auctorem plagii crimine manifesto convinci.

POST-

POSTSCRIPTUM.

CUM præfationem hanc Typographo jam traditurus essem, in manus meas tandem venit exemplar Orphei Gesneriani, quod mihi legaverat vir amicissimus, et omnibus qui has literas colunt desideratissimus, SAMUEL MUSGRAVE. In ejus exemplaris marginibus reperi (omnino præter spem meam) complures τȣ μακαρίτȣ ad hoc poema conjecturas; de quibus ne plura dicam obstat inprimis, quod cum meis tam crebro consentiunt. Ex notula etiam ad ver. 292. didici (quod profecto me fugerat) KOENIUM, V. Cl. nonnulla nostri loca tractavisse in commentario eruditissimo ad *Gregorium de Dialectis*. Hic igitur utriusque, tam KOENII quam MUSGRAVII, conjecturas simul subjiciam; mihi ipsi serio gratulaturus, si quantum de inventionis gloriola amisisse videar, tantum roboris et firmitatis suspicionibus meis ex conspirante talium virorum judicio accessisse existimetur.

P. 5.

P. 5. n. (3) Θειοδαμας quis fuerit, omnino incertum eſt. Loca enim, quæ Geſnerus tanquam ad eum pertinentia citat, non ad eum pertinent, ſed ad Helenum Priami filium. Apollodorus tamen Helenum inter Hecubæ filios recenſet; Auctor Λιθικων Abarbareæ natum vocat. Musg.

P. 6. Orpheus tempore Argonauticæ expeditionis, ipſo teſte, ætate aliquantulum provectus erat. Vid. Argonaut. v. 98—103. deinde autem. v. 107. Quamobrem non eſt credibile auctorem Λιθικων in eodem poemate, ubi belli Trojani finem memorat, ejus perſonam induere voluiſſe.

Hoc autem argumentum multo fortius erit, ſi Virgilio credimus, qui Orpheum juvenem periiſſe tradit.

———juvenem ſparſere per agros.

Æſchyli tempore non credebatur Orpheus Belli Trojani tempora ſuperaſſe, ut colligo ex Agamem. v. 1639. Musg.

Ver. 39. ΤΡΟΦΙΗΝ ʽΑΛʼ. Musg.

62. ΠΡΕΣΒΥ ΔΑΗΜΟΣΥΝΗΣ. Musg.

70. Ωλεῖο δ' ʽΟ πρoτεροις ΠΕΠΟΘΗΜΕΝΟΣ ἡμιθεοισιν·
ΕΡΓΟΥ δ' ΑΡΓΑΛΕΟΥ και ΑΠΕΧΘΕΟΣ ΕΙΚΟΝΑ πασιν
Δωκεν, επωνυμιην ʽΟΙΣ ΔΗ τευξεσι μαγοιο. Musg.

73. κρατος ΑΜΕΡΘΕΙΣ. Musg.

77. φυγΕΙΝ ΑΚεσιμβροτον. Musg.

78. θαυμαζοιτο. Musg.

84. διζημαι. Musg.

107. τειως. Musg.

148. ΑΠΟ θηρος. Musg.

149. ενιπληξας. Musg.

155. Ερχομ' ες ακρωρειαν. Musg. et Koen. p. 73.

176. ΕΚ φλογας. Musg.

182. παλαιγενεες. V. Plutarch. in Numa. p. 120. Ed. Steph. Musg.

209. εν δινais κυανοχαιτεων. Musg.

266. Και οι καρφαλεας νεφελαι κορεσυσιν αρυρας.
Ηδε και αυχμηρῇσιν αγοις π. ο. α. Koen. p. 35.

282. δακρυοισι. Musg.

Ver.

Ver. 292. Ειδος δε σφι λιθων ΑΛΛΩΝ· Ὁ μεν ΕΙΓΕ νοησεις,
Κρυσ]αλλος ΚΕΝ ΕΗΝ·—Koen. p. 100.
297. ——ΡΕΖΕΙΝ ερικυδεΑΣ αυ]ικα φω]ΑΣ. Musg.
301. Τολμα δ᾽ αθανα]ες και ενηεϊ μειλισσεσθαι
. ΜΑΓΝΗΣΣΑΙ· ΤΗΝΔ᾽ εξοχ᾽ ΕΦΙΑΛΤΟ θυριος Αρης. Musg.
Infinitivum μειλισσεσθαι a τολμα pendere vidit Koenius. p. 109.
304. αγανοφρονα. Musg.
306.——ποτι σφε]ερον δεμας ΑΙΡΕΙ. Musg.
347. πιθοιτο. Musg.
350. Πριαμιδης ΠΑΡΙΣ. ΚΟΕΝ. p. 125.
362. Και ΣΕΜΝΟΥΣΘ᾽ αδιαντον. Musg.
365. ὡς ΛΙΠΑΡΟΙΣΙΝ α. Musg.
375. τε]ληω]ι. V. Argonaut. 437 et 1347. Musg.
385. Ἑ'ΡΠΕΤΑ γαρ δη παμπαν ὑπο]ρομεον]ι ΕΟΙΚΑΣ. Musg.
388. Πριαμιδαο. Musg. et Koen. p. 124.
389. οιχεσθαι, vel ερχεσθαι. Musg.
408. καρτος. Musg.
439. ερυξαι, vel ερυκειν. Musg.
445. Τον μεν ΕΤΙ ΛΥΣΣΩΝΘ᾽ ἙΝΟΣ ε λαθεν.—
vel, pro ετι λυσσωνθ᾽, ετ᾽ οιμωζονθ᾽—
vel ετ᾽ οιδαινονθ᾽—vel ετ᾽ ωμ᾽ αλγευνθ᾽—
vel, si in activo legatur, ετ᾽ ιλυσπωνθ᾽. Musg.
480. αναϊσσον]α. Musg.
499. οπ]ον. Musg.
503. Σευομενη. Musg.
510. τε]υκ]αι. Musg.
536. Γοργονα γαρ ΠΕΡΣΗΙ δρ. Musg.
541. Αισῃ ΛΑΙΝΕΗΙ. Musg.
560. σφισιν. Musg.
561. αυραι. Musg.
596. ΠΥΡΙ σμυχεσα. Musg.
613. λεον]οδερην. Musg.
619. δυνησεαι. Musg.
624. ΕΙ ΖΕΥΣ ε ΤΟΙΟΝΓΕ βιωσεμεν ΑΡΗΣΟΙΤΟ,
vel, contrario sensu, αρνησοιτο.
vel Οιζυς τ᾽. Musg.

Ver. 625. ——ὅτε κεν αὐτῷ. MUSG.
632. Ὅυτος. MUSG.
636. Ου μεν τοι ΠΑΝ τονδε Γ'ΕΣ ἑρπ. MUSG.
693. σπευδοντας. MUSG.
701. αρυονται. MUSG.
709. αψευστοιο. MUSG.
712. Εν δε μεθυ. MUSG.
756. ——εμοι Π.
ΕΣΠΟΜΕΝΟΣ τοδε παντα Μ' αμηχανα. MUSG.

ΕΙΣ

ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ.

DE LAPIDIBUS,

Poëma Orpheo a quibuſdam adſcriptum.

ΕΙΣ ΤΟ ΕΞΗΣ ΠΟΙΗΜΑ ΟΡΦΕΩΣ

ΠΕΡΙ (1) ΛΙΘΩΝ

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΜΟΣΧΟΥ. (2)

ΘΕΙΟΔΑΜΑΝΤΙ τῳ Πριαμȣ συνηντησεν Ορφευς μετα των ἑταιρων τινων προς θυσιαν Ἡλιȣ, ἣν ετελει κατ᾽ ετος, εις ορος ανερχομενος· και αυτῳ της νενομισμενης

(1.) Λιθικων nomine laudant passim Proclus, Stobæus, Tzetzes. Gemmas porro, Θυμιαματα et αρωματα sacrificiis adhibita, fuisse partem mysteriorum, indicavimus ad Arg. 310: itaque non mirum est libellum hunc delituisse ad ea fere tempora, quibus mysteria, a Christianis detecta et vulgata, mysteria esse desierunt. Etiam hoc in limine libelli observâsse profuerit, ut solis, lunæque admirabiles effectus et phænomena dederunt occasionem suspicandi credendique deinde similia de cæteris corporibus cælestibus: sic magnetis, crystalli, forte et electri, qualitates, facilitatem certe præbuerunt persuadendi imperitis illarum quædam miracula. GESNER. Velim indicâsset Gesnerus loca Procli, in quibus hoc poema laudatur. Ne unum quidem notatum invenio, in *Indice scriptorum a Proclo memoratorum*, ap. Fabricium. Bibl. Gr. VIII. p. 535—552. Et Proclus ipse non nisi quinto post C. N. sæculo vixit. Ejusdem fere ætatis Stobæus, uti hodie legitur, procemium hujus operis sub Orphei nomine ter laudat; sed omnia ea loca in editione primâ Trincavelli omnino desunt; nec reperiuntur in Cod. MS. Stobæi ap. Coll. Nov. Oxon. ut me nuper certiorem fecit amicus, qui rogatu meo codicem ipsum excussit; adeo ut vix dubitem ea primitus a *Conrado Gesnero* interpolata fuisse, qui pessimo, ut mihi videtur, consilio *corollaria quædam ex Græcis libris collecta, tum carmine tum prosa*, Stobæo

IN SEQUENS POEMA ORPHEI
DE LAPIDIBUS
ARGUMENTUM DEMETRII MOSCHI.

THEODAMANTI, Priami filio, obviam venit Orpheus, cum familiaribus aliquibus ad facrificium, quod fingulis annis Soli peragebat, in montem adfcendens, eique inftituti annui

Stobæo a fe edito *paffim adjunxit*. V. Præf. ad Edit. 3. ap. Tig. 1559. Sôlum igitur in hâc materiâ teftem habemus Joannem Tzetzen, qui, fæculo demum duodecimo, poema hoc fub titulo *Orphei* Λιθικων fæpius citavit; cujus quidem auctoritas in re tali quantum valeat facile judicabunt homines eruditi.

(2) Quisquis fuerit hic Demetrius Mofchus vel Mofchi, Grammaticus, hæc, quam dedit, libelli ὑποθεσις f. argumentum utile fubfidium eft intelligendæ illius œconomiæ. Lectores novi hic monendi funt, ut meminerint, Theodamantem enarrare Orpheo virtutes gemmarum tum ceteras, tum præfertim contra noxam ferpentum, ut fubinde refpiciat ad cafum et periculum Orphei juvenis a ferpente, quem hac ipfa remediorum commemoratione confirmare contra metum horum animalium vellet.

Cæterum ipfum argumentum de gemmis, earum nominibus, coloribus, patriis, ufu, plane non attingimus, ne quidem quatenus a Theophrafto, Plinio et reliquis hoc argumentum tractatum Philologiæ opem expertum eft, et forte adhuc defiderat. Ut Poetam tractamus fcriptorem, ficut nobis videtur, in hoc argumento vel maxime poetam, et noftros juvenes ad poeticæ præfertim defcriptionis, et velut picturæ, laudem excitare et juvare conamur.

μισμενης ταυτης ετησιου θυσιας την αιτιαν αφηγειται, λεγων ὑπο δρακοντος αυτον παιδα οντα ποτε αναιρεθηναι κινδυνευοντα, καταφυγειν εις το εκει που πλησιον ἱερον του Ἡλιου. Ὑφ᾽ ου και σωθεντα ὡς ὁ πατηρ περιεποιησατο, της του παιδος σωτηριας καθ᾽ ἑτος ηγεν Ἡλιω θυματα. Μεταστaντος δε εκεινου των εντευθεν, αυτος Ορφευς αντι του πατρος της τοιαυτης θυσιας καθισταται διαδοχος· ἡν νυν αφοσιουμενος ανεισι, συμπαραλαβων και Θειοδαμαντα. οὑτος δε καθ᾽ ὁδον τῳ ποιητῃ περι δυναμεως τε λιθων και χρησεως διεξερχεται, ὁιτινες αυτων χρησιμοι προς των θυοντων κρατουμενοι, ὁπως αυτοις τα των ευχων εξανυοιτο, και ὁι προς τας ιοβολους των δηξεων θεραπειας. Ὁθεν, οιμαι, και Νικανδρος ὁ Κολοφωνιος ὑστερον ὁρμηθεις συνεγραψε τα θηριακα.

Ιστεον

Sed et hoc poeticum eſt in hoc libello, quod arte quadam intexitur multum de hiſtoria, nominatim pluſcula de familia Laomedontis, et regum Troiæ, diſſentientia ex aliqua parte ab Homero. Ea ne turbare lectores poſſint, in tabella genealogica et ſubjectis illi annotationibus rem declaravi, ad quam reſpicere jubeo, ſi quis in perſonis illis hæreat.

LAOMEDON

HICETAON	LAMPUS	BUCOLION	PRIAMUS	HESIONE ex Telamone Ajacis mater
MELANIPPUS (1)	DOLON	EUPHORBUS (2)		
HECTOR	CASSANDRA	PARIS	THEIODAMAS (3)	HELENUS

(1) Melanippus ver. 431, ανεψιος Theodamantis: Hectoris et Dolonis Ιλ. Ο, 554. Add. Οδ. Ο, 576. Priamo filium dat Melanippum Apollod. 3. 11. 5. GESNER. Error Geſneri, quod ad Theodamantem attinet, infra monſtrabitur ad n. 3. Quinetiam nomen *Dolonis* hic, vitio

annui facrificii cauffam explicat, dicens: fibi, cum adhuc puer effet, maximum aliquando periculum imminuiffe a dracone quodam, et parum abfuiffe quin ab eo interfectus fuerit; fe autem confugiffe ad haud longe inde diftantem aram Solis. Cujus ope, cum liberatum fe pater intellexiffet, fingulis annis ob filium fervatum Soli facra ad illam aram fecit. Cum autem pater ejus ex hac vita migraffet, ipfe Orpheus patri in peragendo hoc facro fuccedit: quod et nunc foluturus, in montem afcendit, abducens fecum Theodamantem. Hic vero in itinere de viribus lapidum eorumque ufu fermonem facit, quorum quidam facra facientibus, fi illos fecum habeant, hoc conferunt, ut votis fruantur, quidam vero contra venenatos morfus medelam afferunt. Unde, arbitror, etiam Nicander Colophonius motus, poftea Theriaca compofuit.

vitio memoriæ, pro *Dolopis* pofitum fufpicor. V. loc. cit. Il. O. 554. 576. (Citatio Οδ. O. 576. facta eft, opinor, per errorem typographi.) Quod fi verum eft, cum neque *Lampus* nec *Dolops* in hoc poemate ufquam memoretur, utriufque nomen ex tabellâ genealogicâ recidi poteft.

(2) Euphorbus (quem Homerus femper Panthoi et Phrontidis facit filium) Βυκολιδης noftro eft, ver. 457. Tzetz. 13, 574.

Ευφορβος ὡραιοταλος ην τις τυ Τρωων γενυς,

Υἱος Πανθυ και Φροντιδος, ὡς Ὁμηρος μοι λεγει (Ιλ. P. 40.)

Ορφευς δε (λεγει) Βυκολιωνος, και της Αβαρβαρεης. De eadem re idem 1. 228. Ορφευς δ' Αβαρβαρεην δε και Βυκολιδην λεγει. Abarbarea igitur aut duarum mulierum nomen, aut una eademque Euphorbi et Theodamantis mater etc. Rurfus Ιλ. Z. 21 de Æfepo et Pedafo, ὓς ποτε νυμφη

Νηις Αβαρβαρεη τεκ' αμυμονι Βυκολιωνι.

Βυκολιων δ' ην υἱος αγαυυ Λαομεδοντος. κ. τ. λ. GESNER. V. infra not. ad ver. 455.

(3) Theodamas vel Theiodamas, ver. 765. Abarbareae F. ver. 455. Frater Hectoris, ver. 681, et Caffandrae, ver. 757. Dolonem θεραποντα fuum vocat, ver. 680. De hoc etiam Ιλ. K. 390 feqq. GESNER.

Sciendum

Ιστεον δε, ὡς δυο τινα προοιμια τȣ παροντος προτιθεται ποιηματος· εν μεν τω πρωτω αυτην τε την αρετην και σοφιαν ἁπασαν εξυμνων, και τȣς παλαι των ἡρωων, κατ' αυτην γενομενȣς ενδοξȣς, και ισοθεȣς νομισθεντας, ὡν και μητερα την αρετην προσειρηκεν· εν ταυτω δε και των ιδιωτων καθαπτεται, ὡς επιφθονως εχοντων προς τȣς την αρετην διωκοντας, και τȣτοις αει φιλαπεχθημονως επικειμενων. Εν θατερω δε ὁ προς αυτον και Θειοδαμαντα γινεται διαλογος.

(2) Mirum forte videatur Gesnerum V. Cl. obscuro huic grammatico et Joanni Tzetzæ fidei tantum tribuisse, ut ad veram et apertam poematis hujus œconomiam prorsus cæcutierit. Fidenter dico, neminem, qui libellum hunc sine titulo invenisset et attentius paulo perlegisset, aut de scriptore quasi *Orpheo*, aut de Theodamante interlocutore quasi *filio Priami*, (qui duo errores omnem Gesneri ratiocinationem conturbant,) cogitare potuisse. Nihil certe est in toto opere quod Orphea scriptorem ullo modo præferat; qualia multa interponere solebant falsarii, qui sub ejus nomine *Argonautica*, *Hymnos*, cæt. ediderunt: illud autem plane incongruum, quod auctor de bello Trojano, et quidem exeunte, loquitur; ad quæ tempora durâsse Orphea, cum nemo veterum tradidit, ne falsarius quidem, opinor, paulo sanior fingere voluisset. Alter error de Theodamante ex merâ incuriâ ortus est eorum, qui non viderunt Theodamanta, per maximam sermonis sui partem, (a ver. 394. ad ver. 764.) non loqui ex suâ ipsius personâ, sed alium quendam sermonem referre, quo Helenus olim usus est ad Philocteten,

Sciendum autem, duo procemia auctorem præmisiſſe huic poëmati. In primo quidem virtutem ipſam et omnem ſapientiam carmine celebrat, et antiquos Heroës propter illam in pretio habitos, Diiſque æquales æſtimatos fuiſſe dicit, quorum etiam matrem Virtutem vocat. In eodemque graviter invehit in vulgus, quod invidia proſequatur eos, qui virtutem ſectantur, et hoſtiliter in eos affectum ſit. In ſecundo vero deſcribuntur colloquia, quæ ſibi cum Theodamante interceſſerunt.

loćteten. Helenus igitur, non Theodamas, ανεψιος Melanippi, ver. 431; frater Hectoris, ver. 681, et Caſſandræ, ver. 758; Dolonem θεραποντα ſuum vocat, ver. 680. etc.

Υποθ. l. 1. Θειοδαμαντι τω Πριαμυ σ. Ορφευς]. Ex ſupra notatis hæc ſic refingi poſſunt. Θειοδαμαντι τινι συνηντησεν ὁ ποιητης, κ. τ. λ.

Deinde p. 4. l. 6. Pro Ορφευς iterum reponatur ὁ ποιητης. Quod autem occurrit de Nicandro Colophonio, l. 13. nihili faciendum eſt. Nicander enim multis annis, ne dicam ſæculis, auctorem noſtrum, niſi fallor, præceſſit.

P. 6. l. 1. Male hæc a Demetrio diviſa ſunt. Unicum eſt hujus operis procemium, quod verſibus primis circiter 92 abſolvitur. Colloquium inter Auctorem et Theodamanta eſt ipſum opus; in quo primus quidem loquitur Auctor, a ver. 96. ad ver. 162. deinde uno tenore Theodamas, ex propriâ perſonâ a ver. 164 ad ver. 393; et ſub perſonâ Heleni a ver. 394 ad ver. 764; et iterum ex propriâ perſonâ ad ver. 766. Reliqui duo verſiculi ſunt ipſius Auctoris, et opus claudunt.

ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ.

ΔΩΡΟΝ αλεξικακοιο Διος θνητοισιν οπασσαι
Κεκλομενος Μαιης εριϐνιος ηλθε κομιζων
Ὑιος, ὁπως αν εχωμεν οϊζυος ατρεκες αλκαρ.
Γηθοσυνοι δεχνυσθε βροτοι· πινυτοισιν ενισπω,
Ὁις αγαθη κραδιη, και πειθεται αθανατοισιν·
Νηπιτυοισι δ' ονειαρ ακηρατον ϐ θεμις εὑρειν.
Τῳ δ' αυτῳ και προσθεν αγαλλομενος επι δωρῳ
Ὑια τε Λητοϊδης ακεσιμϐροτον αθανατοισιν
Ἰξεν αγων ες ολυμπον αγαννιφον, ηδε σαοφρων
Παλλας Αθηναιη λαοσσοον Ἡρακληα·
Αλτο δε και Κρονιδης ταναον ὑπερ αιθερα Χειρων,
Σευαμενος προς ολυμπον, επει μαθεν αμϐροτα δωρα.
Αλλ' ητοι κεινϐς μεν αμωμητοι Διος οικοι
Χαιροντας δεξαντο, θεηγενεων οχ' αριϛϐς·
Ἡμιν δ' εν γαιη κελεται Χρυσορραπις ολϐῳ

Ver. 1. Ηλθε κομιζων ὁ της Μαιης ὑιος Ἑρμης δωρον τϐ αλεξικακϐ Διος, κελευων μοι τϐτο δϐναι τοις ανθρωποις, ὁπως εχωμεν (ωφειλε δε εχωσιν ειπειν) βοηθει εν (l. βοηθειαν) τοις επιγινομενοις ἡμιν χαλεποις ασφαλη. Schol. MS. Paris.

Ver. 2. Hic verſus citatur a Tzetze ad Lycophr. 219. Εν τῃ αρχῃ των λιθικων, ſed ex memoria, nec ſine mutatione et corruptione, Δωρον αλεξικακοιο Διος θνητοις οπασαι και κλιμενο: μαιης εριϐνιος ηλθε κομιζων ὑιος, ὁπερ μιν εχομεν οϊζυος αλκαρ αινης. GESNER.

DE LAPIDIBUS.

DONUM malorum depulſoris Jovis hominibus afferre
Juſſus Maiæ filius valde utilis advenit, apportans illud,
Ut haberemus contra ærumnas exploratum auxilium.
Læti hoc recipite mortales. Prudentes alloquor,
Quorum animus eſt integer, et immortalibus obtemperat:
Inſanis vero auxilium integrum reperiri non poteſt.
Hoc autem ipſo, et olim delectatus dono,
Filium, Latonæ filius, homines ſanantem, ad Deos
Perduxit in Olympum nivoſum, et prudens
Pallas Minerva populorum ſervatorem Herculem :
Tranſiliit vero etiam Saturnius extenſum ſuper Æthera Chiron,
Irruens in Olympum, eo quod didicit divina medendi munera.
Et ſane eos pulchræ undique Jovis ædes
Gaudentes exceperunt, optimam Deorum ſobolem.
Nos vero in terris jubet Mercurius, bonis

Ver. 6. Νηπιτυοισι. Scribendum credo—Νηπυτιοισι. *Stultis.* quæ vox Homerica eſt.

Ver. 7. Αγαλλομενος. Malim—αγαλλομενους. quod ſcilicet, non ad Apollinem, ſed ad Æſculapium et Herculem conjunctim referatur.

Ver. 10. Λαοσσοος eſt plerumque aut ſemper apud Homerum epitheton Minervae et Martis, in quantum in bella commovent populos. Sed puto huic loco magis convenire alteram ſignificationem *ſervator populorum* etc. Sic etiam mox v. 58. GESNER.

Vivere

Ζωειν τερπομενοισιν, απειρητοις κακοτητος.
Ὁν δε κεν ανθρωπων πεπνυμενον ητορ ανωγει
Ες πολυηρατον αντρον επελθεμεν Ἑρμειαο,
Ενθ' ὁγε παντοιων αγαθων κατεθηκεν ὁμιλον,
Αιψα κεν αμφοτερῃσιν ονειατα πολλα κομιζων
Οικαδ' αποστειχοι, προφυγων πολυδακρυν οϊζυν.
Ουδε ἑ νȣσος ακικις ενι μεγαροισι δαμασσει·
Ουδ' ὁγε δυσμενεων ποθ' ὑποτρεσσας μενος αινον
Αψ αναχωρησει, προλιπων εριγηθεα νικην·
Ουδε οἱ αθλητηρι κονισσαμενῳ εν αγωνι
Αντιβιην τινα θυμος εφορμησει μενεαινειν,
Ουδ' ει χαλκεα γυια και αγναμπτον σθενος ανηρ
Αντικρυς, στεφανοιο ποθῳ, κομισας εριδαινοι.
Ναι μιν και θηρεσσιν ορεσκωοισι λεοντα
Δεινον, και λαοισιν εοικοτα δαιμονι τευξω.
Και οἱ και βασιλευσι διοτρεφεεσσιν οπασσω
Ῥεια και αλλοδαποισι μετ' ανθρωποισι τιεσθαι.

Τον

Ver. 17. Ὁν δε κεν] Tzetzes hunc verſum et quatuor proxime ſequentes citat legens εσελθεμεν: docens etiam a poeta hic libros vocari *antrum Mercurii*. H. STEPH.

Hanc etiam de antro Mercurii narrationem in ſuas areolas derivavit Tzetzes Chil. 2, 859 itemque 12, 610, utroque loco Orpheo εν λιθικοις adſcribens: poſteriori loco addit, Τας βιβλȣς αντρον τȣ Ἑρμȣ κατονομαζων ȣτω. Τας βιβλȣς autem Tzetzes univerſim pro ſtudiis literarum ac ſapientiae nominare ſolet. Idem hic αντρον επηρατον intelligi, de quo eſt Argon. 108, mihi vix dubium eſt: nec illud, hoc eſſe antrum Corycium, a quo Mercurius ipſe eſt Corycius H. 27, 8. GESNER.

Hæc, de quibus *vix dubitat* Geſnerus, falſa eſſe ambo poſſunt, vera non poſſunt. Antrum ſcilicet Orphei in Thracia erat, Argon. 70. 172. Antrum Corycium in Phocide. Hic profecto *antrum Mercurii* allegorice deſignare videtur *locum, in quo theſauri philoſophiæ*, Magicæ præ-

ſertim

Vivere lætos, inexpertes malitiæ.
Quem vero hominum prudentem animus impellit
In valde delectabile antrum Mercurii ingredi,
Ubi ille omnis generis bonorum copiam depoſuit,
Statim ambabus manibus innumera reportans munera
Domum diſcedat, effugiens lacrimabiles ærumnas.
Hunc neque morbus vehemens domi conficiet,
Neque inimicorum metuens gravem impetum
Domum redibit, exutus læta victoria.
Neque contra ipſum athletam luctantem in ludis
Viribus quemquam animus ſtimulabit inſurgere,
Neque ſi aheneorum membrorum et inflexibilis roboris vir eſſet,
Contra ipſum, coronæ deſiderio pugnans certet.
Profecto ipſum et feris montanis leonem
Timendum, et populis dæmoni ſimilem præſtabo.
Et ipſum tam regibus a Jove educatis,
Quam aliis hominibus facile faciam venerabilem.

ſertim et Theurgicæ, *reponuntur*. Nec male Tzetzes *libros* innui docet. De myſticâ antrorum naturâ multa, nec protrita, dabit Porphyrius, in libello *De antro Nympharum*, ap. Homer. Odyſſ. XIII.

Ver. 28. Κομισας non habet caſum rei, quam adferat adverſarius. Κονισας legendum puto eo intellectu, quo modo v. 28. κονισσαμενῳ poſitum eſt. Κονιζειν hoc, ut התעפר, ſumtum a luctantibus in pulvere, pulveremque adeo ſuo motu excitantibus. GESNER.

Ibid. Immo vero, ut mihi videtur, κομισας *habet caſum rei, quam adferat adverſarius*, viz. χαλκεα γυια και αγναμπτον σθενος.

Ver. 29. Ναι μην conj. H. STEPH. Male.

Ver. 30. Verbo τευξω nihil promittit de ſe aliud, quam ſe verum dicere, qui ſibi obſecutus in antrum Mercurii ingrediatur, eum iſta commoda impetraturum. Sic præſtandi verbo Romani utuntur. Eadem ratio τȣ οπασσω. GESNER.

Illum

Τον δε και ηϊθεοι τερενοχροες ἱμερτῃσιν
Αιεν εφορμησεσι περιπτυσσειν παλαμῃσι,
Και μαλακῃ χρυσειον επι λεχος αιεν ερυσσει
Αλληκτον κερῃ, επιϊεμενη φιλοτητος.
Ευχομενε τε προς εατ᾽ αφιξεται αιεν εοντων
Ευχῃ· και ποντοιο κυκωμενε εκ αλεγιζων,
Βησετ᾽ επι τραφερὴν ακυμαντοισι ποδεσσι.
Τον και ληϊστηρες αναρσιοι οιον εοντα
Φευξονται· και δμωες, οϊομενοι πατερ᾽ ειναι,
Τισεσι, και οικον ἐε στερξεσιν ανακτος.
Ιδμεναι αικε θελῃσι, δαησεται, ὁσσα τε φωτες
Κρυπταδια σφετερῃσιν ενι φρεσι μηχανοωνται,
Ὁσσα τε κεκληγᾶσι μετα σφισιν ηεροφοιται,
Ανθρωποις αφραστον ιακχαζοντες αοιδην,
Οιωνοι, μεγαλοιο Διος κραιπνοι ὑποφηται.
Ῥοιζον τε στησαι χαμαι ερχομενοιο δρακοντος
Εισεται, ηδ᾽ οφεων ιον σβεσαι ἑρπυστηρων.
Δωσω οἱ και φωτα ῥοπῃ πιπτοντα σεληνης

Ῥυσασθαι,

Ver. 39. Βησετ᾽ επι τραφερην. Metro laboranti ſuccurrit Dorvill. ad Chariton. p. 260. legendo—επι τραφερην χθον᾽ ακυμαντοισι ποδεσσι. Sed quid mirum, ſi aliquis *per terram* incedat ſiccis pedibus? Malim—επι τραφερην ᾽αλ᾽. *Per mare ſolidum, ſeu vice terræ fungens.*

Ver. 45. Ὁσσα τε] Pro μετα φρεσιν Tzetzes habet μετα σφισιν, quod magis placet; at φρεσιν ex ſuperiore verſu pro σφισιν irrepſiſſe puto. H. Steph.

Ibid. Recte. Ideoque σφισιν in textu repoſui. Vide infra v. 741. ubi ſimilis locutio eſt—ενι σφισιν. *inter ſe.*

Ver. 48. Ῥοιζωντες και χαμαι ερχομ.] Hunc verſum valde depravatum eſſe animadvertebam, ſed qui emendari poſſet non videbam: donec tandem in Tzetzis locum incidi, qui germanam hujus loci lectionem

Illum etiam juvenes teneri, cum desiderio
Semper certabunt amplecti manibus,
Et mollis aureum ad lectum sollicitabit
Assidue puella, amorem illius desiderans.
Cumque preces fuderit, ad aures deferentur immortalium
Ejus vota. Et turbulentum pontum despiciens,
Incedet per continentem inoffensis pedibus.
Illum etiam prædones implacabiles, vel solum iter facientem,
Fugient, et famuli, tanquam patrem suum
Colent, domumque sui diligent domini.
Scire si desiderabit, sciet quæcunque homines
Occulta in mentibus suis machinantur,
Et quæcunque clangent non sine ratione aërivagæ,
Hominibus occultam resonantes vocem,
Aves, magni Jovis veloces vates;
Impetumque cohibere humum petentis draconis
Noverit, et serpentum exstinguere venenum reptilium.
Dabo ipsi, et hominem momento cadentem lunæ

onem nobis profert. Est autem hujusmodi, Ῥοιζον τε στησαι χαμαι ἐρχομενοιο δρακοντος. Quam certe lectionem divinatione assequi, non unius fortasse Œdipi fuisset. H. STEPH.

Ibid. Nescio unde Eschenbachius habeat lectionem, quam dedi. Ego auctorem hic sequor Tzetz. Chil. 2, 861, qui recitat sine alia varietate hic versus 43-49. et addit, Ουτως Ορφευς ηπιστατο άπασαν θεραπειαν. GESNER.

Ibid. Mirum videri potest quod ait Gesnerus, *se nescire unde Eschenbachius habeat hanc lectionem*, cum eam H. Stephano deberi præcedens nota clare doceat. Corruptam priorum editionum lectionem—Ροιζωντες και χαμαι—habet etiam MS. Paris.

Sanare,

῾Ρυσασθαι, και νουσον αἰαρτηρην ελεφαντος·
Και ψυχην ελασαι τεθνειοτος, αικεν ερεμνου
Εξ αϊδος προμολουσα ποτιχριμπτοιτο ἑκαστῳ.
Αλλαι απειρεσιοι πολυμητιος ῾Ερμειαο
Δωτιναι κομισαντος ενι σπηλυγγι κεονται,
Αμϐροτοι, ατρεκεες, ῥιμφα πρησσουσαι ἑκαστα·
Ταων ἡμιθεος τε και ολϐιος ὁς τ᾽ αφικηται·
Τας εμε κηρυσσειν λαοσσοος Αργειφοντης
Ανθρωποισιν ορινε, μελιγλωσσοιο κελευσας
Φθογγον απο στηθεσφιν αοιδου γηρυσασθαι.
Αλλ᾽ ου παγχυ βροτοισι σαοφροσυνης αλεγιζειν
῾Ιμερος, αιψα δε πρεσϐυν δαημοσυνην ατιουσιν·
Μητερα δ᾽ ἡρωων αρετην απατερθε κλυοντες
Προτροπαδην φευγουσιν, αοσσητηρα δε μοχθον,
Μοχθον αοσσητηρα βιου, μαλα πεφρικασιν.
Ουδε σφι κρειων ενι δωμασιν ολϐος ὁμιλει·
Ουδε τις οιδε θεοις οππιζεμεν αθανατοισι·

Ver. 51. Eloquentiſſime et poetica pictura horribilem morbum deſcribit Aretæus Chron. 2, 13. GESNER.

Ver. 52. Κ᾽αυτα δαιμονια διωκειν, ει τινι πλησιαζοιεν· ταυτα δε Ψυχας των αποθανοντων ειπεν. Schol. MS. Paris.

Ver. 57. Simpliciſſimum eſt, Ταων ſumere pro τουτων, et intelligere ἑνεκα. GESNER.

Ibid. Ταων pro τουτων libenter ſumam. Sed præterea αφικηται in εφικηται mutandum ſuſpicor, ut hæc ſit totius verſûs ſententia.

Ταων ἡμιθεος τε και ολϐιος ὁς τ᾽ εφικηται. *Horum, ſemideus eſt et beatus, qui compos fiet.*

Ver. 62. ῾Ιμερος] Hic verſus non ſtat, nec tamen quomodo reſtitui poſſit, perſpicere queo, niſi forte in unam vocem conflaretur πρεσϐυδαημοσυνην: ſed ita ſcripſiſſe poetam, credere durum eſt. H. STEPH.

Ex

Sanare, et peſtilentem elephanticum morbum.
Et animam abigere mortui, ſi quando nigro
Ex erebo egreſſa, appropinquet cuiquam.
Alia præterea innumera dona prudentis Mercurii,
Apportata, in antro jacent,
Divina, certa, et quæ propere ſingula peragunt
Horum. Semideus eſt et beatus, quicunque ad ea perveniet.
Quæ ut ego annunciem hominibus, ſoſpitator populorum
Argicida incitavit, dulciſoni jubens
Cantoris vocem e præcordiis modulari:
Verum nulla prorſus hominibus prudentiam curandi
Eſt cupido, ſed ſtatim venerandam ſcientiam contemnunt.
Matrem vero Heroum, Virtutem, vel e longinquo audientes,
Citato curſu fugiunt. Auxiliatoremque laborum,
Laborem auxiliatorem vitæ, valde exhorrent.
Neque ipſis meliores domi divitiæ ſunt,
Neque quiſquam illorum ſcit Deos reſpicere immortales.

Ibid. Laborat verſus. Tolerabilior erit, ſi legas, αιψα πρεσϐυν δε δαημοσυνην ατιεσιν, cum plura prolata ſint talium poſitionum correptarum exempla, quamquam et ipſa exceptione non majora. Laudat verſum, ut hic eſt, Stob. Ser. 4. p. 52, 12: verſum vero 63 Tzetz. ad Heſiod. p. 49, a. GESNER.

Ibid. Verſum hunc laborare, et quidem graviter, nemo neget; tolerabiliorem fore ex Geſneri medicina pauci exiſtimabunt. Terminatio illa in οσυνην mihi videtur ex ſuperiori verſu, per errorem librarii, primitus derivata; ita ut auctor fortaſſe dederit πρεσϐαν Αθηναιην, librarius πρεσϐαν αθηνοσυνην, corrector (ſenſûs quam metri ſtudioſus) πρεσϐαν δαημοσυνην. MS. Paris. habet πρεσϐαν.

Ver. 64. Αοσσητηρα δε μοχθον. Ita conj. H. Stephanus. Vulgo μοχθων.

Illi

Εκ δ' ὁιγε πτολιων τε και ανδρων ηλασαν εσθλην
(Α δειλοι) σοφιην, εριουνιον ὑϐριζοντες.
Ωλετο δε προτεροις πεπονημενος ἡμιθεοισιν·
Εργον δ' αργαλεος και απεχθης αυτικα πασιν
Δωκεν, επωνυμιην λαοι τευξουσι μαγοιο.
Και κεν ὁ μεν κονιαισιν ὑπ' αορι κρατος απενθης
Λευγαλεῳ θανατῳ διος φως εκτετανυσται·

Οἱ

Ver. 70. Locus difficilis. Loquitur in hoc Procemio sine dubio Orpheus: et tamen a 70-74 fatum illius et mors in tertia persona deploratur. Igitur aut inculcatos esse carmini hos quatuor versus præter sententiam auctoris dicemus: aut auctorem ipsum, ab affectu abreptum, hic paulum personam Orphei deposuisse, sumsisse illam amici et discipuli: aut denique, ne voluisse quidem serio pro Orphei carminibus haberi hæc λιθικα, Onomacritum, vel si quis alius auctor est. Orphei nomen non auctorem singulorum verborum, sed hoc indicare, esse hic propositam ipsam disciplinam ac mentem adeo Orphei: quo sumto non ineptum fuerit, hanc querelam s. lamentationem hic interpositam esse. Sed fere est, ut primam opinionem veri similiorem putem. Nam ipsi versus, nisi misere et insanabiliter corrupti sunt, male conciliati, et indigni reliquo carmine sunt, quod pluribus jam persequi non lubet. Interim sententiam illorum videre mihi videor, quæ jam qualicunque interpretatione expressa est. Πεπονημενον esse etiam eum, qui multum in aliquo opere, cum certis hominibus, versatus sit, suspicor, non scio. Προτερους ἡμιθεους potuisse dicere nostrum etiam una modo ætate, generatione una se antiquiores, nihil dubito. Orpheum a suis civibus Ciconibus esse, nominatim a mulieribus discerptum, caput cum lyra in Hebro natasse, fabula nota est. Magi appellationem apud Græcos mature infamiæ aliquid habuisse, contemtos a Philosophis, Socrate, Platone, cæteris, Orphicos suis cum τελεταις et mysteriis, satis constat. Sed hæc omnia jam ad hanc Parenthesin sanandam explicandamque adhibere, nisi hariolari velim sciens, mihi difficilius. Interea quorundam lectorum causa monebimus, primum pro Magiæ etiam auctore haberi Orphea. Vir Ægyptius apud Pausa. El. 2. s. 6, 20 ad fi. ειναι και τον Θρακα

Ορφεα

Illi vero tam ex urbibus quam hominibus, expulerunt bonam
(Ah miſeri) ſapientiam, Mercurium contumelioſe ſpernentes.
Periit vero, qui olim cum ſemideis verſatus eſt.
Laborem vero, difficilis *(ea re)* et exoſus, ſtatim omnibus
Commendavit. cognomen vero homines dabunt ei Magi.
Et ille quidem in pulvere enſe, abſciſſo capite, nemine lugente,
Triſti morte, divinus vir, extenſus jacet:

Ορφεα μαγευσαι δεινον. Plin. 30 pr. *Orphea putarem e propinquo primum intuliſſe ad vicina uſque* (egerat de Theſſalis matribus) *ſuperſtitionem et Medicinæ profectum, ſi non expers ſedes ejus, tota Thrace, Magices fuiſſet.* Deinde ſatis antiquam fuiſſe artis hujus infamiam, intelligi ex Diod. Sic. 5, 55 ubi de Telchinibus Rhodi incolis, Λεγονται δε ϋτοι και γοητες γεγονεναι, και παραγειν ὁτε βϋλοιντο νεφη τε και ομβρϋς—Ταυτα δε καθαπερ και τϋς Μαγϋς ποιειν ἱστορϋσιν. Αλλαττειν δε και τας ιδιας μορφας και ειναι ΦΘΟΝΕΡΟΥΣ (malignos, maleficos) in doctrina artium. Add. Apul. apol. p. 291 Elmenh. Denique eſſe tamen in honore illud nomen Ariſtot. Metaph. 13, 4 p. m. 1434., E. Φερεκυδης και ἑτεροι τινες το γεννησαν πρωτον αριστον τιθεασι, και ὁι Μαγοι, και των ὑστερων σοφων, ὁιον Εμπεδοκλης τε και Αναξαγορας κ. τ. λ. Talis ille Gobryas in Axiocho Platonico c. 19, 20, GESNER.

Ibid. In hoc loco explicando fruſtra ſudavit Geſnerus. Nec mirum, cum duas hypotheſes ſibi invicem pugnantes conciliare voluerit; 1°. Orpheum hic loqui; 2do. fatum illius et mortem in tertia perſona hic deplorari. Sed Orpheum neque hic, nec in ulla alia poematis hujus parte loqui, omnino credibile eſt. V. not. ad Υποθ. p. 6. (2). Locum autem ipſum corruptum eſſe judico, et ſic fortaſſe refingendum.

Ωλετο δε προτεροις πεπονημενον ἡμιθεοισιν
Εργον· ὁ δ' αργαλεος και απεχθης αυτικα πασιν,
Τῳ κεν επωνυμιην λαοι τευξϋσι μαγοιο.

Periit autem prioribus laboratum Semideis opus; ille vero difficilis eſt et inviſus ſtatim omnibus, cuicunque cognomen Magi homines dederint. In ſequentibus duobus verſiculis ad Orphei fatum *alludi* non nego; ſed tamen veriſimilius puto poetam ad caſum aliquem recentiorem reſpexiſſe; quem ſi compertum haberemus, de ipſius ætate accuratius judicare poſſemus. Utcunque ſit, pro—κραλος απενθης, reponendum credo—κραλος αμερθεις. *Capite privatus.*

Ver. 72. Τϋτῳ δε ὁι λαοι των ιδιωτων ονοματα μαγϋ αποδιδοασι, ὡς μαγον αυτον αποτρεπομενοι. Schol. MS. Paris.

Ver. 74. Ὁ εστι, πολλακις τϋς τοιϋτϋς ὁι ιδιωται ὑπ' αγνοιας και φθονϋ αποκτεινϋσι. Schol. MS. Paris.

Οι δ' ικελοι θηρεσσιν, αϊδριες, ηδ' αδιδακτοι,
Χητει δαιμονιοιο νοηματος, ϗθ' ὑπ' αρωγην
Θεσπεσιην φυγετην φαεσιμϐροτον εκ κακοτητος,
Ουτε τι θεσκελον εργον, ὁ κεν μαλα θαυμαζοιντο,
Ισασ'· αλλα σφιν νεφελη πραπιδεσσι κελαινη
Αμφιπεριπλασθεισα, βαδιζεμεν ανθεμοεντα
Εις αρετης λειμωνα πολυστεφανον τε μεγαιρει.
Αλλ' εμ' ὑπιοχνϗμαι κειμηλια πειθομενοισι
Αφνειϗ χρυσοιο πολυ προφερεστερα δειξειν.
Φωτα δε διζηται ταλακαρδιον, ὁς κεν ἑκαστϗ
Εμμεμαως πειρωτο, μενοινησει τε καμοι τε,
Ὁς τε διδασκηται, και ὁς ειδοτας εξερεεινοι.
Ου γαρ ατερ καματοιο τελος μυθοισι και εργοις
Ευρυοπα Κρονιδης εθελει δομεν· αλλα και αυτοι
Ες δυσιν αινα πονϗντες αν' αιθερα λαμπετοωσαν
Ηελιον φαεθοντα εφ' ἁρματι πωλοι αγϗσι.

Ver. 75-81. Habentur apud Stobæum Ser. 4. p. 52, 17. Gesner.

Ibid. Ex Stobæo repoſui in ver. 75. ηδ' αδιδακτοι, pro οιδ' α. quod legitur in Editt. Vulg.

Ver. 77. Hic quidem aperte Dualis numerus pro plurali ponitur, quod cupide nimis negaſſe Clarckium ab Homero fieri, pulchre jam monuit Vir Summus Erneſtus, qui ad Ιλ. Α. 566 et hoc loco Orphico et Homeri ipſius pluribus prolatis oſtendit, omnino etiam Duali uſos eſſe, ubi de pluribus ageretur.

Φαεσιμϐροτϗ puto verum eſſe, nomen Apollinis perpetuum. Sic mox ver. 129 et 164. Gesner.

Ibid. Numerum dualem pro plurali hic poni non inficiandum eſt; ſed nolim ex hoc ſcriptore canonas grammaticos conficere. Φαεσιμϐροτον corruptum eſſe non dubito. Requiritur adjectivum, quod cum κακοτητος conjungatur; nec ullum, opinor, probabilius occurret quam ολεσιμϐροτον. Eadem vox uſurpatur infra, ver. 444.

Hi vero ſimiles feris, ignorantes atque indocti
Mentis indigentia divinæ, neque ad auxilium
Divinum confugiunt Apollinis, præ malitia,
Neque divinum aliquod opus, admiratione dignum
Norunt; ſed nubes præcordiis ipſorum atra
Undique circumpoſita, progredi floridum
Virtutis in pratum ſertigerumque invidet.
Aſt ego me polliceor theſaurum obtemperantibus
Divite auro longe præſtantiorem indicaturum.
Requirit autem virum laborioſum, qui ſingula
Promtus experiatur, aveatque laboretque,
Et qui docendum ſe præbeat et a ſcientibus ſciſcitetur.
Non enim abſque labore finem dictis et factis
Altiſonans Jupiter dare vult: ſed etiam ipſi
Ad occaſum anhelantes per æthera ſplendidum
Solem in curru lucentem equi perducunt.

Ver. 78. Pro θαυμαζοιντο malim θαυμαζοιτο.

Ver. 82-86. Sunt apud Stobæ. Ser. 3 p. 38, 6. it. Ser. 29. p. 200, 17. GESNER.

Ibid. In ver. 84. legendum credo διζημαι.

Ver. 85. μενοινησοι Stob. μενοινησεις coni. H. Steph. F. μενοινησαι. GESNER.

Ver. 88. Ipſe Apollo non ſine labore magno ſuorum equorum diem adducit ac reducit. GESNER.

Ver. 89. Ες δυσιν] In vulg. edit. αναπνευντες. Hanc autem reſtitutionem αινα πονευντες, Fr. Porto debemus, viro novæ quidem Græciæ alumno, ſed doctrina vel antiquis Athenis digna prædito. H. STEPH.

Αμπνειοντες, conj. Salmaſius, Αντιπνεοντες, Grotius, ad Stobæ. Ser. 29. Sed Porti emendationem veriſſimam puto. In ver. proximo ferri fortaſſe poteſt εφ' ἁρματι, ſed malim—ὑφ' ἁρματι.

ΜΑΛΛΟΝ εγω πινυτοιο παραιφασιν ανερος ἑυρων
Τερψομαι, ηπερ χρυσον ἁπαντων κοιρανον ανδρων.
Ηελιω γαρ αγων ἱερηϊον αντεϐολησα
Αγροθεν αστυδ' ιοντι περιφρονι Θειοδαμαντι,
Και μιν ἑλων χερι χειρα προσηυδων ὡδ' επεεσσι·
Ες πολιν (ει μη παμπαν επισπερχεσιν αναγκαι)
Ῥηϊδιως, ω ἑταιρε, και αυριον εσσεθ' ἱκεσθαι·
Νυν δε σε μοι στειχοντι μετ' ειλαπινην θεος αυτος
Ὡρσεν ὑπαντιασαι· τῳ μοι προφρων ὑπονευσον
Ἑσπεσθαι. Θυσιαι ἱεροπρεπεες τελεθεσιν,
Ἁς αγαθοι ῥεζεσι βροτοι· γανυται δε φιλον κηρ
Αθανατων, ευτ' αν σφι χορες αναγωσιν αριστοι.
Αξω δ' ε μακρην ες αταρπιτον· εισοραας γαρ
Ἡμετερων με κιοντα προς αγρων ακρωρειαν.
Ενθα νεογνος εων ετλην ποτε μενος ανελθειν

Λαιψηρω

Ver. 91. Vulgo præfigitur titulus, Ἡ ὙΠΟΘΕΣΙΣ.

Ὑποθεσις non tam argumentum hoc in loco ſignificat, ſ. ſummam carminis, quam occaſionem, quam breviter declaratam dedit Demetrius Moſchus. Gesner.

Ibid. Τοιετο και το Δημοσθενες εν Ολυνθιακοις προοιμιον. Αντι πολλων αν, ω ανδρες Αθηναιοι, χρηματων ἡμας ἑλεσθαι νομιζω, ει φανερον γενοιτο το μελλον συνοισειν τη πολει, περι ὡν νυνι σκοπειτε. Συγκρισις γαρ αγαθης βελης και χρηματων κἀνταυθα κἀκει. Schol. MS. Paris.

Ver. 91 et 92. Sunt etiam apud Stobæum Ser. 3. p. 38, 12. Sed qui ſubjicitur, tanquam ex eodem Procemio (ſic certe ibi vocatur) ſumtus, Αλλα θεοι, σοφιης εριλαμπεος ἡγεμονηες, eum non habent hodie libri. Poteſt vitium eſſe in ipſa Stobæi allegatione in margine poſita. Gesner.

Ibid. Locus qui his verſibus ſubjicitur apud Stobæum ſic ſcribitur—Αλλα θεοι, σοφιης εριλαμπεος ἡγεμονηες, Κεκλυτε—et totidem verbis legitur in Hymno Procli ad Muſas, ver. 30, 1. *Vitio* igitur noſtrum hic

allegari

MAGIS quidem prudentis viri colloquium nactus
Delectarer, quam aurum, omnium rectorem hominum.
Soli enim rem ſacram peracturus incidi
In redeuntem ex agro in urbem prudentem Theodamantem,
Et illum, apprehenſa manu, his verbis affatus ſum :
In urbem, (niſi gravis urget neceſſitas)
Facile, o amice, et cras erit pervenire :
Nunc vero te mihi, pergenti ad epulum, Deus ipſe
Occurrere movit : itaque prompte annue
Te me ſecuturum. Sacrificia divina peragentur,
Quæ boni viri celebrant. Lætitia vero afficitur cor
Immortalium Deorum, quando quidem ipſis choros ducunt boni.
Non longam te deducam in viam, Vides enim
Euntem me in agrorum noſtrorum montem ;
Quo, cum juvenis eſſem, auſus ſum aliquando ſolus aſcendere
Velocium

allegari non dubito, ſed an ipſius Stobæi, an potius Conradi Geſneri, ſtatuant illi quibus ad manum ſunt Stobæi Codd. MSS. V. not. (1) p. 2.

Ver. 105. Cum non ſit in omnium manibus Tzetzis opus, non ingratum quibuſdam lectoribus fecero, ſi hic ponam verſiculos, quibus in compendium ille miſit longiorem hujus carminis narrationem. Sunt autem Chil. 4, 279.

Ορφευς ὁ της Μενιππης παις, πατρος δε τȣ Οιαγρȣ,
Ετι τελων μειρακιον, ορνις θηρασαι χρηζων,
Ηλθεν ὡς προς ακρωρειαν, ὅπερ ην δρακων μεγας.
Ὡς ȣν Ορφευς αφωρα μεν προς θηραν των περδικων,
Ὁ δρακων ὡρμα κατ᾽ αυτȣ σπειρας συχνας ἑλισσων.
Εθαδες τȣτω κυνες δε δραμοντες βοῃ τȣτȣ,
Και συμβαλοντες τῳ θηρι, απεκτειναν εκεινον,
Τον δ᾽ Ορφεα ῥυονται στοργῃ τῃ προς εκεινον·
Ὡσπερ αυτος εν λιθικοις Ορφευς πȣ γραφει τȣτο. Idem Chil. 8. hiſt. 157 Μενιππην Thamyridis F. appellat, et addit, Αλληγορȣντες δε φασι

παιδα

Λαιψηρῳ πέρδικε μεταςπομενος προφυγοντε·
Οἱ δ' ητοι ειως μεν ακȣων ȣνομ' ἑκαστος
Ἱσταμενος μιμνεσκεν, ορεξαμενος δε δοκευσθαι,
Πριν μαρψαι χειρεσσιν, αλυσκαζων προφυγεσκεν.
Αυταρ εγω σπȣδῃ κεν επι στομα καππεσον ελθων·
Αψ δ' αυθις γαιηθεν αναΐξας εδιωκον.
Αλλ' ὁτε δη κορυφηνδε μεταςπομενος κιον ακρην,
Οἱ μεν αρ' εξαπινης ιαχην οξειαν ορȣντες
Αιγανεης εσσυντο θοωτερον ηε βελεμνȣ,
Ὑψικομον ποτι φηγον, επεσσυμενον προϊδοντες
Αινον οφιν, πετασαντα γενυν πλειω θανατοιο.
Τον δ' εγω εγχριμφθεις ὑπεναντιον αΐξαντα
Ουκ ιδον, (οφθαλμοι δε μοι ορνιθων αλαληντο,)
Πριν περ αναστησαντος απο χθονος αυχενα δεινην
Εφρασαμην, ηδη τε δεμας μεμαωτα φυλαξαι.
Ενθ' ειτις σπευδοντα παλισσυτον εισενοησεν,
Ουτε με περδικεσσιν αελλοποδεσσιν ἑπεσθαι,
Ουτε με νηπιαχοισιν οϊσατο ποσσι φερεσθαι.
Κεκλετο γαρ μοι δειμα τανυπτερον αιετον ειναι,

παιδα της Καλλιοπης. Recte forte Tzetzes. Videmus obiter, Menipam hic vocari matrem Orphei. Unde hoc didicerit Tzetzes, an alia sit memoria, Orpheus alius, hic disputare nihil attinet. Noster Orpheus, ut nunc illo utimur, quantum in his carminibus vel ab illo vel de illo traditur, est Oeagri et Calliopæ filius. Gesner.

Menippam matrem fuisse Orphei, et Orpheum hoc poema scripsisse, ab eodem fortasse auctore didicerit Tzetzes. Sed de hoc, ut recte monet Gesnerus, *hic nihil attinet disputare.* Quod vero adjicit, *Orphea nostrum,* quem vocat, *in his carminibus,* esse Oeagri et Calliopæ filium, de *Argonauticis* solis intelligi debet. In *Hymnis* nihil est ad personam Orphei peculiariter accommodatum, nisi allocutio ad Musæum; in hoc carmine nihil prorsus.

Και

Velocium par perdicum perfequens, quæ mihi aufugerant.
Ex illis vero utraque cum audiviffet nomen fuum ;
Reftitit, et vocem agnovit ; cum vero me extendiffem ad cap-
Antequam manu prehendere eam poffem, aufugit. [tandum
Aft ego præ ftudio in os procido,
Rurfufque e veftigio furgens, illas perfequutus fum.
Sed poftquam in fummum montis verticem perveni,
Illæ ex improvifo fonum acutum edentes,
Jaculo citius aut telo evolarunt,
Altam quandam et frondofam ad fagum, proruentem videntes
Horrendum ferpentem, pandentem maxillam plenam mortis.
Quem ego, appropinquans, ex adverfo defilientem
Non vidi, oculi enim mei, avibus intenti, errarunt,
Antequam erigentis fefe ex humo cervicem gravem
Advertiffem, et infidiari jam paratum.
Unde fi quis me fugientem retro vidiffet,
Neque me perdices veloces pedibus fequi,
Neque me puerilibus putaffet pedibus ferri.
Juffit enim me timor velocem aquilam imitari,

Ver. 108 Ορεξαμενον δε δοκευσας Fr. Portus ap. H. Steph. GESNER. Non male. MS. Paris. habet δοκευσαι.

Ver. 110. Malim σπȣδη μεν.

Ver. 113. ορωντες. A. I. ὁρωντες. Efch. GESNER. Scribendum eft, nifi fallor, οροντες, a verbo ορω. V. infra ver. 373. ορσει νεογιλȣ παιδος αὔτην.

Ver. 120. λαφυξαι coni. Bernar. ad Synef. de Febrib. p. 78. GESNER.

Ver. 124. Ὁ γαρ φοβος με ηναγκαζε και αετον και πνοην ανεμȣ γινεσθαι, τȣτ᾽ εϛι ταχυλαλον. Schol. MS. Paris.

Και πνοιην ανεμȣ· παρα γαρ ποσσιν κακον ηεν.
Πολλακι δ' ἑιματος ακρον επιψαυεσκεν ακωκαις·
Και κεν ὑπερ μοιραν με πελωριος αμφεχανεν θηρ,
Ει μη μοι νοος ωρτο θοως επι βωμον ορȣσαι,
Τον ῥα παλαιοτεροι φαεσιμβροτῳ ἱδρυσαντο.
Τῳ δ' αυ επι τρυφος αυον ελαϊνεης ελελειπτο
Σχιζης, ἡντε μαρανθεν αδηφαγον εξελιπεν πυρ.
Την εγω ἁρπαξας ολοȣ κατενωπα δρακοντος
Εστρεφθην· μαιμησε δ' ορεσκῳȣ μενος αινον,
Μαρνασθαι μεμαωτα ιδων. ἑιλυτο δε πυκνως,
Γναμπτων ευκυκλως ταναην ῥαχιν· αυταρ επ' αλλῳ
Αλλος, επειτα δ' επ' αλλος ἑλισσομενȣ τροχος ηεν.
Ηδ' ετι και βωμȣ ὑπερ αυχενας ηερταζεν,
Συριζων βοοωντος εμης πολυ μειζον αΰτης.
Και τυπτων αῤῥηκτον ορεσκῳοιο καρηνον,
Αμφ' αυτῳ θραυεσκον ὑπεκπυρον οζον ακικιν.
Ου γαρ μορσιμος ηα δαφοινῳ θηρι δαμηναι.
Τȣνεκεν αιπολιοισιν αποπροθι βοσκομενοισι
Ἑσπομενω δυο πατρος εμȣ κυνε κεκληγοντα
Γνοντες επεδραμετην· μαλα γαρ σφισι μειλιχος εσκον.
Χ' ὡ μεν αρ' εσσυτο τοιϊν, εγω δ' ες γαιαν ορȣσας
Προτροπαδην, ὡς τις τε Διος γαμψωνυχα φευγων
Αιετον εν πυκινοισι λαθοι θαμνοισι λαγωος,
Τῳ ικελος, μηλοισι μιγεις, ολοȣ ὑπο θηρος

Ver. 136. Πολλȣς κυκλȣς και πλοκας περιςρεφομενος εποιει. Schol. MS. Paris.

Ver. 141. Ου γαρ μορσιμος ηα. Orationis nexus, opinor, requirit, Ουδ' αρα μ.

Εκρυφθην,

Et flatum venti. Ante pedes enim pernicies erat.
Sæpe etiam veftis extremitates lingua attigit,
Et præter fatum me devoraffet ingens beftia,
Nifi me animus incitaffet, celeriter ad aram confugere,
Quam veteres Phœbo exftruxerunt.
In qua fragmentum aridum oleagini relictum fuerat
Trunci, quod deficiens vorax reliquerat ignis.
Quod ego arripiens, fatalem directe me adverfus draconem
Converti. Accenfus vero eft montani monftri furor gravis,
Poftquam pugnam me meditantem vidit, et in arctum fe convoluit,
Flectens in multas fpiras prolixam fpinam: ac fuper alium
Alius, tum rurfus alius fe voluentis circulus erat.
Denique et fuper aram cervicem elevavit,
Et exfibilans, clamantis mei vocem longe fuperavit.
Ego vero caput durum montanæ beftiæ percuffi,
Inque ipfo fregi titionem, ramum infirmum:
Non enim mihi fatale erat, a cruenta fera confici.
Ideo, qui greges procul inde pafcentes
Sequebantur, duo patris mei canes, clamantem
Agnofcentes, accurrerunt, valde enim ipfis mitis eram.
Et in ipfos draco irruit. Ego vero per campum profugiens
Citato curfu; quemadmodum Jovis uncunguem fugiens
Aquilam, in denfis lateat fruticetis lepus,
Tali fimilis, ovibus immixtus, a confpectu perniciofæ beftiæ

Ver. 145. Χ'ὼ μεν αρ' εσσυλο τοιϊν. Vertunt, *Et in ipfos draco irruit*; fenfu optimo, fed quem vereor an verba ferant. Ad illum fenfum exprimendum fcribi oportuit. Χ' ὼ μεν επ' εσσυλο τοιϊν.

Ver. 147. Pro vulgato λαοι repofui λαθοι, ex conjectura Gefneri.

Ver. 148. ὑπο θηρος. An legendum απο θ.

Latui

Εκρυφθην, μεσσοισιν ενιπ]υξας εριφοισι.
Οφρα μεν ȣν ακακη]α πα]ηρ εμεθεν ζωεσκεν,
Αιει μοσχον αγεσκεν εμον προς αμυντορα βωμον,
Τινων Ηελιῳ ζωαγρια παιδος ἑοιο·
Αυταρ εγων αγεληθεν ελασσας πιονα μοσχον
Ειαρινον, θαλεθοντα νεηνιδος ȣθα]ι μητρος,
Ερχομαι εις ακρωρειαν αγων χορον ἡδυν ἑταιρων·
Συν δε σφιν και τωδε δρακοντοφονω κυνε βητην
Αυ]ομα]ω. γλυκερη δε πελει περι βωμον ανακ]ος
Τερπωλη, χλοερον τε πεδον, μαλακαι τ᾽ επι ποιαι,
Και λασια πτελεησιν ὑπο σκιη. αγχι δ᾽ αρ᾽ αυτων
Ὑδωρ αεναον λισσης ὑπο πυθμενα πετρης
Λευκον αναβλυζον κελαρυζεται εικελον ωδη.
Ιομεν· ȣτοι δαιτα θεων θεμις αρνησασθαι.
Ὡς εφαμην. ὁ δε μ᾽ ὡδε προσηυδα δαιμονιος φως·
Αλλα σε μεν κρειων φαεσιμβροτος εξ αλεγεινης
Αιεν αγοι κακοτητος, αδακρυ]οιο τε πεμποι
Ολβȣ προς μεγα δωμα, φιλοφροσυνης ἑνεκα σφης.
Ουδε μεν ȣδε σ᾽ εγω περ αμοιβης αυτος αμερσω·
Αλλ᾽ επει ȣν αξων ἱερηϊον εισαναβαινεις,
Οφρα τοι ευχομενοιο κλυοι θεος, εγγυαλιξω.

Ver. 149. ενιπ]υξας. Malim ſcribere—μεσσοισιν ενι π]ηξας εριφοισι. *Medios inter hædos* cum tremore ſubſidens.

Ver. 155. Ερχομαι εις ακρωρειαν Sic Editt. A. I. H. Stephanus, opinor, ut metro conſuleret, ſcribebat ακροreιαν. Sed malim ſic. Ερχομ᾽ ες ακρωρειαν.

ΚΡΥΣ-

Latui medios inter, membris contractis, hoedos.
Quam diu itaque pater meus incolumis vixit,
Semper vitulum adduxit ad meam vindicem aram,
Solvens Soli præmium pro vita fervata filii fui.
Ego vero a grege pinguem vitulum agens
Vernum, crefcentem fub juvencæ ubere matris,
Venio in verticem, adducens fuavem amicorum chorum.
Cum his etiam duo canes, draconis jugulatores, afcendunt
Sponte fua. Dulcis vero circa aram Regis
Amoenitas, virefcens campus, et molles adfunt herbæ,
Et denfa fub ulmis umbra, juxta vero illas
Aqua perennis, cavæ ad fundum petræ
Limpida fcaturiens, fonum fluendo edit fimilem cantus.
Eamus, non fas eft Deorum convivium renuere.
Sic locutus fum. Ille vero me fic alloquutus eft divinus vir:
At Phœbus te propitius ex omni molefto
Semper liberet malo, ac lacrimis carentium te mittat
Divitiarum in magnam domum, humanitatis tuæ cauffa.
Sed neque ego te expertem patiar in vicem præmii.
Et quoniam rem facram peracturus afcendis,
Ut te orantem audiat Deus, tibi tradam.

Ver. 166. φιλοφροσυνης ἑνεκα σφης] Orationem folœcam emendare poffumus legendo—ἑνεκεν σης. Auctorem fic fcripfiffe non affirmo.

Ver. 169. Nefcio cur imperfectum hoc carmen dicat H. Steph. Gesner.

CRYS-

ΚΡΥΣΤΑΛΛΟΝ φαεθοντα διαυγεα λαζεο χερσι
Λααν, απορροιαν περιφεγγεος αμβροτου αιγλης·
Αιθερι δ' αθανατων μεγα τερπεται αφθιτον ητορ.
Τον κ' ειπερ μετα χειρας εχων περι νηον ἱκηαι,
Ουτις τοι μακαρων αρνησεται ευχωλησι.
Κεκλυθι δ' οφρα μαθοις μενος αργεννοιο λιθοιο.
Ει γαρ ατερ κρατεροιο θελεις πυρος εκ φλογας ορσαι,
Κεκλομαι αυαλεων μιν ὑπερ δαΐδων καταθειναι·
Αυταρ ὁγ', ηελιοιο καταντιον αυγαζοντος,
Αυτιχ' ὑπερ δαϊδων ολιγην ακτινα τανυσσει·
Ἡ δ' ὁτε καρφαλεης τε θιγῃ και πιονος ὑλης,
Καπνον επειτα δε πυρ ολιγον, μετα δε φλογα πολλην
Ορσει· την δ' αρα φασι παλαιγονιης ἱερον πυρ.
Των ουχ ἑτερας μαλλον φλογος ελπομ' εγωγε
Αθανατοις ουτω κεχαρισμενα μηρια καιειν.
Προς δ' ετι σοι και τουτο, φιλος, μεγα θαυμα πιφαυσκω·
Αυτον, ὁτις πελεται φλογος αιτιος, αικε μαλ' ωκα
Εκ πυρος αρπαξαις, ψυχρος πελει αμφαφαασθαι·

Ver. 170. Vulgo præfigitur titulus, I. ΚΡΥΣΤΑΛΛΟΣ.

Ibid. Quod Cryſtalli commendatio primum in hoc libello locum obtinet, illud forte ſpectavit auctor, puritatem mentis et candorem atque caſtitatem, quarum rerum paſſim Symbolum faciunt cryſtallum, primum eſſe, cujus rationem, qui Deos adeunt, habere debeant. GESNER.

Ver. 176. Mihi videbatur ες hic locum habere non poſſe: tum in majuſculis antiquorum literis Σ et Ξ ita vicinæ, ut lapſus nimis hic facilis ſit. GESNER.

Ibid. Pro ες repoſui εκ, ut Geſnerus, opinor, voluit.

CRYSTALLUM ſplendentem ac pellucidum accipe ma-
Lapidem, radium lucidi divini ſplendoris, [nibus
Quo æthere maxime delectatur Deorum immortalium cor.
Quem ſi in manibus geſtans ad fanum acceſſeris,
Nullus Deorum vota tua renuet.
Audi igitur, ut diſcas vires ſplendentis lapidis:
Quod ſi placet abſque vivaci igne flammas excitare,
Jubeo aridas eum ſuper faces deponere.
Tum vero ille, ſole ab oppoſita parte irradiante,
Statim ſupra faces tenuem radium explicabit:
Qui quum primum ſiccam et pinguem attigerit materiam,
Fumum, deinde ignem exiguum, denique vero flammam magnam
Excitabit. Hanc ergo dicunt eſſe Antiquæ Deæ ſacrum ignem.
Itaque non alia magis flamma ſpero ego
Immortalibus tam grata femora urere.
Præterea et hoc amicus miraculum magnum tibi narro:
Ipſum, qui flammæ cauſa eſt, quum primum
Ex igne rapueris, frigidus tactu eſt,

Ver. 182. Παλαιγονιη, Dea antiqua, quin Veſta ſit, dubitare non poteſt, cui in mentem veniant *Canæ penetralia Veſtæ* Æn. 5, 741, cui primum immolare cœperunt, Porphyr. περι αποχης 2 p. 125 αρξαντα πρωτον αφ' Εϛιας τοις ȣρανιοις θεοις θυειν. Hujus exſtinctum caſu ignem cælitus accendi ſolitum ope ſcaphii, h. e. ſpeculi concavi, narrat Plutarchus in Romulo, p. 66.

Ibid. Παλαιγονιη, an ſit Veſta, immo an Dea, multum dubito, cum nomen illud, niſi ex hoc loco, mihi plane ignotum ſit. Hic autem ſcribendum ſuſpicor—παλαιγενεες. *Antiqui.* ut infra, ver. 192.

Ver. 183. Ταων ȣχ ἑτερας. Malebat Geſnerus, Τοινυν ȣχ ἑ. Sed vulgata recte ſe habent, ſi pro φλογος legamus φλογας. Ταων ȣχ ἑτερας μαλλον φλογας. *His mage non alias flammas.*

Ver. 186. Αυλον. F. Αυλος. GESNER. Minus neceſſario.

Et

Αμφι δε και νεφροισι δεθεις καμνοντα σαωσει.

ΔΕΥΤΕΡΟΝ ευχομενῳ τοι αρηγονα λααν οπασσω,
Θεσπεσιοιο γαλακτος ενιπλεον, ηϋτε μαζον
Πρωτοτοκου νυμφης η μηκαδος ουθαλοεσσης·
Τον ῥα παλαιγενεες μεν Ανακτιτιν Αδαμαντα
Κλειον, ὁτι γναμπτει μακαρων νοον, οφρα θυηλας
Ἁζομενοι εθελωσιν επιχθονιους ελεαιρειν·
Ηδ᾽ αρα μιν Ληθαιον εφημισαν, οὑνεκεν αιει
Μεμνησθαι κακοτητος οϊζυρης απερυκει
Θνητους αθανατους τε· νοον δ᾽ εριουνιον ειναι
Θελγει, εποτρυνων αγανα φρεσι βουλευεσθαι.
Αλλοι δ᾽ εσκηψαντο Γαλακτιδα φερτερον ειναι
Κικλησκειν πετρην, οθι τοι τριψαντι γαλακτος
Εκπρορεει λευκοιο πανεικελος ενδοθεν ιχωρ.
Πειρα δε τοι και τουδε παρεσσεται αικε θεληισθα.
Ουθατα γαρ μηλων ὁτε κεν μινυθοντα ιδηαι,
Πως ἑρξεις, φιλε τεκνον; επην εριφοισι τεοισι,
Οὑς ποτε θηρα πελωρον ὑπεκπροφυγειν ἱκετευες,
Τοισι παρασταιης τετληοσι, οἱ δ᾽ ενι σηκῳ
Αμφι σε λεπταλεοι γοερον περιμυκησονται;
Των μεν ακηχεμενας επιτελλεο μητερας αιεν
Λουειν πηγαων κυανοχετεων εν δινησι·

Ver. 189. Vulgo præfigitur titulus, II. ΓΑΛΑΚΤΙΤΗΣ.

Ver. 192. Αναγκιτην legi vult Salmal. ad Soli. p. 97, a D. et illam αναγκην a carminibus explicat p. 264, a A. it. 768, b. CD. Mihi valde placet legere ανακλητην, *conciliatorem*, ex ea fignificatione, qua fuaviffime Xenophonteus Cyrus 1, 3 ἱνα καγω ανακλησομαι σε. Refpondent pulchre, quæ jam copiofe de hoc lapide prædicat. GESNER.

Et renibus appofitus, dolorem leniet.

TIBI fecundum præbeo lapidem, qui orantibus prodeft,
Divino lacte plenum, inftar mammæ
Primum enixæ puellæ, vel vaccæ uberofæ.
Quem veteres anacteten adamantem
Appellarunt, eo quod Deorum animum flectat, ut facrificiis
Honorati, velint mortalium mifereri.
Quem et Letheum nominarunt, quoniam femper
Meminiffe mali ærumnofi prohibet
Mortales immortalefque, animumque, ut propitius fit
Mulcet, incitans jucunda animo concipere.
Alii vero præceperunt, confultius effe Galactidem
Appellare petram, quod ex eo, fi quis conterat,
Profluat lacti fimilis albo internus fuccus.
Hujus, fi velis, experimentum tibi in promtu erit.
Quum enim ovium ubera imminuta videbis,
Quid ages, care puer? quando hœdis tuis,
Ad quos, feram ut horrendam effugeres, aliquando fupplex
Adftiteris laborantibus, illi autem in ftabulo [confugifti,
Circa te macilenti gemebundum quid balaverint:
Tum vero illorum ægrotantes jube matres
Lavare in fontium fufcos (antiquos) canales habentium undis,

Ver. 204. Suaviffime alludit Theodamas ad illam fugam Orphei pueri, ver. 148. feq. GESNER.

Ibid. Και ὁ ποιητης εν Οδυσσεια·

Δωρον τοι και εγω, τεκνον φιλε, τουτο διδωμι. Schol. MS. Paris.

Ver. 209. Sanabilis erit hic verfus, fi ex difciplina metricorum Clarckiana etiam correptis Syllabis pronuncies κυανοχτων. GESNER.

Ibid. Vereor an hæc curatio ad fanitatem multum conferat. Quid fi fcribamus—κυανωπων?

Confti-

Στησας δ' ηελιου κατεναντιον αντελλοντος,
Ἁγνιζειν μεν πρωτον εποιχομενος περι πασας·
Ἁλμην δ' εν κρητηρι και αλφιτα λεπτα λιθοιο
Χευαμενος, δια πωϋ και αιγων ερχε' ὁμιλον,
Ῥαινων καρποφορον λασιον κατα νωτον ἑκαστης
Θαλλῳ· ται δ' αρα πασαι ιαινομεναι περι σηκους
Εξαπινης μετα τεκνα φερεγλαγεες τελεθουσι·
Οἱ δ' αρ' ὑπερ μαζοισι κορεσσαμενοι γαλαθηνοι
Σκιρτηθμων εξαυτις αναμνησοντ' αγερωχοι.
Συν δε μελικρητοιο μετα γλυκεροιο μιγεντα
Ορνυε πινεμεναι νυμφην, ἱνα νηπιον υἱα
Μαστοισιν μεθυοντα παρ' ευναιοισι κομιζοι.
Αμφι δ' αρ' αυχενι παιδος αερταζουσα τιθηνη
Λααν, ερητυσει κακομητιος οσσε Μεγαιρης.
Και δε σε και βασιληες αμυμονες αιδεσσονται
Εν χερι λααν εχοντα, και απλετα φυλ' ανθρωπων.
Αθανατοι δε μαλιστα νου καταθυμια σειο
Παντα τελευτησουσιν, επαραων αϊοντες.

ΧΡΗ δε και ευπεταλον Πετρακεα λααν εχοντας
Αρασθαι παρα βωμον εναιρομενης ἑκατομβης·

Ver. 214. Ραινων καρποφορον. Malim καρποφορῳ, ut cum Θαλλῳ conjungatur.

Ver. 217. Οι δ'αρ' ὑπερ μαζοισι κορεσσαμενοι] Ει δ'αρ ὑπερμαζωσι. Bernard. ad Synef. de Febrib. p. 40. F. ὑπο μ. GESNER.

Melius effet ὑπαι μ. Sed fortaffe ὑπερ cum κορεσσαμενοι jungendum eft, *cum fe fuper-fatiaverint*. Hujus certe formæ adjectivum in ufu eft, ὑπερκορης.

Conſtituenſque e regione ſolis emergentis,
Primum ſingulas ordine accedens luſtrabis,
Et ſalſuginem in cratere cum tenui puluere galactitæ
Fundens, per ovium et caprarum tranſi gregem,
Conſpergens ſupra dorſum fertile et villoſum ſingulas
Ramo. Vegetiores omnes in ſtabulis
Statim fœtibus ſuis lac copioſe præbebunt,
Illi vero ſub mammis lacte ſatiati
Subſultuum ſtatim recordabuntur feroculi.
Mulſo vero dulci immiſtum galactiten
Offer ad bibendum juvenculæ, ut parvulum filium
Mammis inebriatum ad cubile ferat.
Et ſi nutrix collo pueri appendat
Lapidem, arcebit male cogitantis oculos Megæræ.
Quin etiam te Reges honorati venerabuntur,
Si manu geſtaveris hunc lapidem, et innumeræ gentes.
Dii vero maxime, quæcunque accepta erunt animo tuo,
Omnia perficient, vota tua exaudientes.

OPORTET laminoſum Petracem lapidem habentes,
Precari ad aram, dum cæduntur hecatombæ.

SI

Ver. 227. επαραων αϊοντες. Scribi malim diſjunctim επ' αραων, ut conſtructio ſit επαϊοντες αραων. Nam επαρα, opinor, in malam partem accipitur, ut καταρα.

Ver. 228. Vulgo præfigitur titulus, III. ΠΕΤΡΑΚΗΣ. Abeſt a MS. Paris.

Ibid. Ευπεταλον non a virore foliorum dici puto, ſed fiſſilem, qui in πεταλα h. e. laminas facile dividatur, unde interdum cultri ſacrificales præſertim, quare hic adhibetur εναιρομενων εκατομβων. Vid. Plinium 12, 25. GESNER.

ΕΙ και Δενδροφυτοιο φεροις τρυφος εν χερι ϖετρης,
Μαλλον και τερποιτο θεων νοος αιεν εοντων.
Δενδρεα γαρ μαλα ϖολλα κατοψεαι, ὡς ενι κηπῳ
Ανθεμοεντι, κλαδοισιν επασσυτεροις κομοωντα·
Τȣνεκα οἱ και φωτες Αχατῃ Δενδρηεντι
Θηκαν επωνυμιην, ὁτι οἱ το μεν επλετ᾿ Αχατȣ,
Αλλο δ᾿ εχει λασιης ὑλης δεμας εισοραασθαι.
Τονδε τεοισι βοεσσιν αναχιζȣσιν αρȣραν
Αμφι κεραα δυω βαλεειν, η καρτερον αμφις
Ωμον αροτρευοντος ατειρεος αγροιωτȣ·
Και κεν απ᾿ ȣρανοθεν σταχυοπλοκαμος Δημητηρ
Μεστον ιοι φερεκαρπον ες αυλακα κολπον εχȣσα.

ΣΚΕΠΤΕΟ, και θηητον εχων Ελαφοιο ϖελαζε
Αθανατοισι Κερας· ϖοτι γαρ νοος ȣρανιωνων
Μειδιαει, φυσιος ϖολυδαιδαλȣ εργον ιδοντων,
Εκ κεφαλης ελαφοιο· φυει γε μεν ȣ ϖοτι κορσην
Πετρη, αλλ᾿ εμπης ϖελεται κρατερη τε γε ϖετρη.
Ουδε κεν αν γνοιης κερας ατρεκες η λιθος εστι,

Ver. 230. Vulgo præfigitur titulus, IV. ΑΧΑΤΗΣ.

Ver. 238. Αμφι κεραα δυω. Editt. A. I. κερα. Si res integra eſſet, mallem κεραε.

Ver. 242. Σκεπτεο και—ϖελαζε. Malim ϖελαζειν. *Provide etiam ut accedas.*

Ibid. Vulgo præfigitur titulus, V. ΚΕΡΑΣ ΕΛΑΦΟΥ.

Ver. 245. Emendat Geſnerus, F. ȣποτε κορση Πετρην. Quod non intelligo. Locus certe male affectus eſt, nec medicina in propatulo. Quantum video, ſtigma in primis ponendum eſt poſt ιδοντων, ad finem verſûs 244. Deinde hic verſus cum ſequente ſic forte diſponatur.

Ποιν

SI manu geſtaveris fragmentum lapidis Dendrachatis,
Deorum immortalium valde animus delectabitur.
In quo arbores multas conſpicies, velut in horto
Florente, denſis ramis frondentes,
Idcirco ei homines Achatis arboreſcentis
Cognomen impoſuerunt, quoniam partim ſimilis eſt Achati,
Partim vero ſpeciem præbet hirtæ ſilvæ.
Illum ſi bobus tuis proſcindentibus terram
Circa gemina cornua impoſueris, vel circa robuſtum
Humerum arantis duri agricolæ,
Tunc cœlitus, ſpicis coronata Ceres
Plenum ſinum habens in ſulcum frugiferum ibit.

ADVERTE, et cum mirandum habueris cornu cerui,
Accede ad Deos immortales: mens enim cœleſtium
Exhilaratur, quum varium naturæ opus vident
Ex capite cervi. Producit quidem nunquam tempus capitis
Petram, ſed tamen duro lapidi aliquid ſimile.
Neque dignoſcere poſſis, cornu verum ſit, an lapis:

Εκ κεφαλης ελαφοιο φυει γε μεν ꙋ ϖολι κορσην,
Πετρη αλλ' εμπης ϖελεται ***** κρατερη τε.
Ex capite cerui naſcitur quidem, non ad tempora;
*Sed nihilominus lapis eſt ***** et validus.*

Nimirum poſt ϖελεται epitheton τꙋ Πετρη excidiſſe credibile eſt, v. g. σκληρη, aut aliquid ſimile; et poſtea ad verſum ſuffulciendum a correctore non nimis naſuto adſutum fuiſſe γε ϖετρη.

Ver. 251. Τριψας αυλον μισγε συν ελαιῳ, και τꙋτῳ το βρεγμα αλειφομενος τριχας επαναφυσεις. Schol. MS. Paris.

Ver. 252. Ἀι δε νεαι. Articulus hic ſenſui incommodus eſt. Malim—Και δε. *Atque,*

Πριν κε μιν αμφαφοων εὑροις νημερτεα λααν.
Αιει τοι θησει λασιην επι κρατι λαχνην,
Ει και ψεδνοκαρηνος εοις. ει γαρ μιν ελαιῳ
Τριβομενον τριβοις κροταφους παντ' ηματα σειο,
Αἱ δε νεαι περι βρεγμα τεον τριχες ανθησουσι.
Πρωτογαμον δ' αιζηος ατων ες δεμνια κουρην,
Τερπωλης ερατης επιμαρτυρα τονδε φεροιτο
Λααν· ὁ δ' αῤῥηκτοισιν ὁμοφροσυνῃσιν αμ' αμφω
Ὑστατον ες γηρας και ες ηματα παντα καθεξει.

ΠΟΙΜΕΝΙ δ' αγραυλων ταυρων, Διος αιγιοχοιο
Ὑιεϊ κισσοχιτωνι, Λιθον καταθυμιον ειναι
Βαρβαρον αγγελλω, Συριηγενεος κελαδεινου
Ὑδασιν Ευφρηταο διαινομενον ζαθεοισι·
Ὁς τοι φυταλιης ἑνεκεν ῥεξαντι θυηλας,
Κλημασιν αυτικα σειο φερεσταφυλοισιν ἁλωας
Αμφιεσας, πολλον τοι αφυσσασθαι μεθυ δωσει.

ΚΑΙ γλαφυρον κομισας εαροχροον αικεν Ιασπιν

Ver. 253. Νεος δε παρθενον εις γυναικα αγων, τουτον ει φεροιτο [l. φεροι το] πρωτον αυτῃ συγγενομενος, αιτιος αυτοις ὁμονοιας εσαι. Schol. MS. Paris.

Ver. 257. Vulgo præfigitur titulus, VI. ΠΕΡΙ ΒΑΡΒΑΡΟΥ ΛΙΘΟΥ, ΤΩΝ ΕΝ ΑΓΡΟΙΣ ΑΥΛΙΖΟΜΕΝΩΝ.

Ibid. Των εν αγροις αυλιζομενων, quod tanquam lemmatis pars carmini præpositum eſt, gloſſa eſt των αγραυλων, e margine exteriore in medium ſpacium improvide aſſumta. Gesner.

Ibid. Bacchus Cereris in invenienda et tradenda agricultura adjutor. V. Spanh. ad H. Cer. v. 71. Gesner.

Ver. 258. Τῳ Διονυσῳ κισσοχιτωνι, ηγουν κισσοφορῳ, του Διος ὑιῳ του αιγιοχου, αγγελλῳ, ητοι προλεγω, τον λιθον ευαρεστον ειναι. Βαρβαρον δε, ὁτι εν Συριᾳ παρα τα ρευματα του ποταμου ἑυρισκεται· διο και φησι τοις ζαθεοις αυτον ὑδασι βρεχομενον. Schol. MS. Paris.

Ἱερα

Niſi prius contrectans, invenias verum eſſe lapidem.
Semper tibi hirſutam excreſcere faciet in capite lanuginem,
Etſi calvus fueris. Si enim cum oleo
Contriveris, eoque ſingulis diebus tempora inunxeris,
Tunc in caluaria tua pili recentes effloreſcent.
Uxorem juvenis primum nubentem ducens in lectum puellam,
Delectationis amatoriæ teſtem hunc ſecum habeat
Lapidem: hic eos indiſſolubili concordia ambos
Ad extremam ſenectutem perque omnes dies continebit.

PASTORI vero taurorum agreſtium, Jovis Ægiochi
Filio hedera induto, jucundum eſſe lapidem
Barbarum dico, Syri reſonantis
Euphratis in aquis madefactum divinis:
Is, ſi vitium cauſſa rem ſacram feceris,
Palmitibus uvis abundantibus tuam ſtatim vineam
Cingens, efficiet ut multum vini haurire poſſis.

JASPIDEM politum atque aërini coloris ſi quis geſtaverit,

Ver. 264. Vulgo præfigitur titulus, VII. ΙΑΣΠΙΣ.

Ibid. Salm. ad Soli. p. 143, a B κεραοχροον, firmatque conjecturam ex Dionyſii Perieg. v. 724. qui κεροεσσαν vocat. Ipſe tamen αεροχροον magis probare videtur: quod ſecutum puto Eſchenbachium. GESNER.

Ibid. In his neſcio quomodo lapſus eſt Geſnerus; nam Salmaſium conjeciſſe κεραοχροον nuſquam video; et Dionyſius, l. c. Iaſpidem κεροεσσαν vocat; eoque ipſo loco Salmaſius conjecturam ſuam αεροχροον firmat. Ego ſane an prima in αεροχροος corripi poſſit dubito; et præterea nulla mutatione opus eſſe cenſeo, cum *virides* Iaſpides ſcriptores de Gemmis paſſim agnoſcant.

 Rem

Ἱερα ῥεζοι τις, μακαρων ιαινεται ητορ,
Και οἱ καρφαλεας νεφελαις κορεσυσιν αρυρας,
Ηδε και αυχμηρῃσιν αγοι πολυν ομβρον αρυραις,
Αυχμης δ᾽ εκ πεδιυ ῥοθιων αποεργε χαλαζαν
Ἡμετερυ, και κηρας, ὁσαι στιχοωσιν επ᾽ αγρυς.
Και σε γαρ αθανατων φιλεει νοος· εκ δ᾽ αρα βωμων,
Ηΰτε περ Κρυσταλλος, ανευ πυρος εκ φλογα πεμπεις.
Εν δε σοι αντιπαλον κειται μενος. ὁπποτε δη πυρ
Νηδυν αμφιεσῃ, ενι δε πλειοιο λεβητος,
Ψυχρον επειγομενοιο προσμιμνει ενδοθεν ὑδωρ·
Ει δε τις εν ψυχρῃσι λιποι κονιῃσι λεβητα,
Παφλαζει κρατεροιο κυκωμενυ ενδοθι χαλκυ.

ΕΣΘΛΟΙ δ᾽ αυτ᾽ επι τοισι και ὑαλοειδεες ειναι
Κλειονται θνητοισι θυηπολιῃσι Τοπαζοι.

Ver. 267. Deleri vult hunc verficulum, ut inertem ac ταυτολογον, Ruhnck. Epift. 1. p. 28. Sed multum negotii fibi faceffierit, qui ταυτολογιας hoc genus ex antiquiffimis quibufque Romanis, Græcis, Orientalibus expungere velit. Deinde illud κορεσυσι v. 3 ad Deos refertur, αγοι v. 4 ad Iafpidem. GESNER.

Ruhnckenianæ crifi perfunctorie fatis refpondet Gefnerus. Neque vero is fum, qui verfus inertes et ταυτολογυς, quafi fpurios et infititios, facile nimis expungere velim. In hoc loco, confufa orationis feries, & fimiles terminationes verfuum 266 et 267, faciunt ut fufpicer inter duos illos verfus nonnullos intercidiffe, in quibus de alio quodam lapide narratio incepta fit. Poteftates certe quæ inferius memorantur a nullo, quod fciam, fcriptore *Jafpidi* tribuuntur, earum autem principes *Hephæftitæ* a Plinio, N. H. xxxvii. 60 & Marbodeo, cap. xxxii.

Ver. 268. Non dubito, quin dederit poeta Αυχμας δ᾽ εκ πεδιυ, ῥοθιον τ᾽ αποεργε χαλαζαν. Poeta, ut folet, convertit fe ad gemmam ipfam: χαβαζα, nihili nomen, feftinatione tantum prætervifum et relictum in Stephaniana. Unde χαλαζαν acceperit Efchenbachius, non dixerim.

ΦΗΜΙ

Rem facram facturus, Deorum exhilaratur cor,
Et hi ficca arva nubibus fatiabunt.
Et inducet aridæ multum imbrem terræ.
Tu vero ficcitatem et ruentem impetu grandinem ab agro arce
Noftro, et peftium quæcunque invadunt agros.
Nam te immortalium diligit animus, atque in aris
Haud fecus ac cryftallus, fine igne, flammam emittis.
Inque te contraria vis latet, ac quando ignis
Ventrem cingit ecce pleni lebetis,
Frigida aqua intus manet, licet urgeatur igne.
Si quis vero vel in frigidis cineribus relinquat lebetem,
Bullit robufto æftuante intus aheno.

BONI etiam ad eadem hæc hyalini coloris effe
Dicuntur mortalibus facra facientibus Topazi.

Sed quid fibi vult interpretatio hujus verfus ab illo data vel retenta: *Tu vero et ficcitatis et pluviofarum grandinum ex agro averrunces Noftro* etc. GESNER.

Ibid. Ροθιον κυριως το κυμα. Schol. MS. Paris.

Ver. 270. Vid. ver. 176. GESNER.

Ver. 273. Quid fibi velit hic ενι δε, nemo temere dixerit. Sine fraude fuerit, nulla mutata litera dediffe ενιδε, *ecce!* Quinque locis ab Æmilio Porto in Lexico Dorico adductis ηνιδε nihil aliud videtur effe quam Imperativus verbi ενειδω. Decepit Portum, quod ηνι etiam folum, forte apocopatum, eft *ecce*. GESNER.

Ibid. Commentum hoc pauci, opinor, probabunt. Simplicius eft ενιπλειοιο conjunctim accipere (ut fupra ver. 190. ενιπλεον), et δε interpofitum quafi δη reddere: *et quidem pleni lebetis.*

Ver. 274. Nefcio ex quâ *metricorum difciplinâ* verfum hunc *fanabilem* exiftimaverit Gefnerus. Proclive erat reponere επειγομενου. Sed ut tam fenfui quam metro medela afferatur, legendum eft, opinor,

Ψυχρον επειγομενοιο πυρος μενει ενδοθεν ὑδωρ.

Ver. 277. Vulgo præfigitur titulus, VIII. ΤΟΠΑΖΟΣ.

ΦΗΜΙ δε τοι τερπειν και Οπαλλιον ȣρανιωνας
Αγλαον, ἱμερτȣ τερενα χροα παιδος εχοντα·
Και ἑ και οφθαλμοισιν αρεσσητηρα τετυχθαι.
Και πιτυος δακρυσι λιθȣμενον Οψιανοιο,
Και σμυρνην μισγειν ευωδεα, και φολιδεσσιν
Αργυφεσιν Λεπιδωτον αποστιλβοντα κελευω.
Αυτικα γαρ δωσȣσι θεοπροπιας αγαθων τε
Εσσομενων λυγρων τε· και εισεαι ἁσσ᾽ εθελησθα·
Και νευρων αλεγεινα παθη Λεπιδωτος αμυνει.
Δοιω δ᾽ ηελιȣ χρυσοτριχε λαε πελονται,
Αμφω θεσπεσιω· θαμβος δε τοι εσσετ᾽ ιδοντι.
Αμφοτεροις ακτινες ετητυμοι εμπεφυασιν,
Ορθαι, λαμπετοωσαι· ιδειν γε μεν οἱον εθειραι.
Ειδος δε σφι λιθων αλλο. το μεν τε νοησεις

Ver. 279. Vulgo præfigitur titulus, IX. ΟΠΑΛΛΙΟΣ.

Ibid. Non de ſolo Opallio hic agi, ſed alias quoque laudari gemmas, apparet. Eadem ratio eſt, ver. 333. GESNER.

Ver. 280. Plin. 37, 5 ſ. 22 *Pæderota propter eximiam gratiam vocarunt plerique Opalum.* GESNER.

Ver 282. Πιτυος δακρυσι λιθȣμενον intelligam ſuccinum, et porro οψιανον illam ſ. lapidem ſ. gemmam, de qua eſt locus Arria. Periplo Maris Erythr. mox ab initio p. 3 Geogr. Hudſ. de inſulis Æthiopiæ, et alius ex auctore inedito de lapidibus, quem citat Salmaſ. ad Soli. p. 64, a F. Οψιανος λιθος—ὁς και πισσα καλειται δια το προστριβομενον αυτον οσμην πορειν πισσης. Uterque ſcriptor ex arenis profundis ait erui. Igitur non emendandus eſt locus, quod placuit Cl. Bernardo ad Thomam M. p. 198, b, ſed interpretandus ut oſtendi. GESNER.

Ibid. Λιθȣ μενος ὑψικομοιο placebat Bernardo; ex quibus λιθȣ μενος omnino amplectendum judico; ὑψικομοιο non item. Quinetiam pro δακρυσι ſcribendum arbitror δακρυεσσι vel δακρυοισι, cum ſecundam in δακρυσι produci poſſe vix credam.

DICO vero tibi, delectare etiam Opallium cœleſtes,
Splendidum, amabilis pueri teneram cutem habentem.
Illumque et oculorum medicum eſſe,
Et pini lacrimis lapideſcentem Opſiani gemmam,
Et myrrham bene olentem miſceri, et ſquamis
Albicantibus reſplendeſcentem Lepidoton jubeo.
Statim vero dabunt oracula bonorumque
Futurorum et malorum, et ſcies quæ deſideras.
Etiam nervorum moleſtos dolores Lepidotus arcet.
Duæ vero Solis auricomæ gemmæ ſunt,
Ambæ divinæ, ſtupebis vero quando eas videris.
Ambabus veri radii inſiti ſunt
Recti, ſplendentes, qui velut comæ apparent:
Species vero lapidum diverſa. Hunc quidem diceres

Ver. 284. Plin. 37, 5 S. 62 *Squamas* piſcium varias coloribus imitatur. GESNER.

Ver. 286. Quid ſit ασσε θεληνσθα non temere quis dixerit. ʽΑσσ᾽ (ἁσσα) εθεληνσθα eſt Ιλ. Α, 554. GESNER.

Ibid. ἅσσ᾽ εθεληνσθα in textu repoſui.

Ver. 292. Ειδος δε σφι λιθων αλλο. F. λιθων ες᾽ α. GESNER. Et ſic quidem metrum ſalvum eſt. De ſenſu et ſyntaxi nimis ſecurus fuiſſe videtur vir doctiſſimus. Quale enim eſt illud το μεν—ὁ δε; et quid eſt Κρυςαλλος κενεη, *Cryſtallus cava*, quam vocant? Totus locus, niſi multum fallor, ad hanc normam propemodum refingendus eſt.

Ειδος δε σφι λιθων αλλων· τον μεν τε νοησεις
Κρυςαλλον γενεην· ὁ δε χρυσολιθῳ δεμας αυτην
Εικελος εισιδεειν.

Species autem eſt illis lapidum aliorum: hunc quidem ſenties eſſe *Cryſtallum* ſecundum *genus*; *ille autem Chryſolitho* ſecundum *corpus*, *ſi contra aſpicias*, *ſimilis* eſt.

Cryſtallum

Κρυσταλλον κενεην· ὁ δε χρυσολιθω δεμας αυτην
Εικελος εισιδεειν· ει δ' ουκ εχεν ουδ' ὁγ' εθειρας,
Χρυσολιθος κεν εην· αταρ εσθλω φημι τετυχθαι.
Εν γαρ σφιν μεγα δη τι φερεσβιος εμβαλε πνευμα
Ηελιος, ῥοιζον ερικυδεος αυτικα φωτος,
Σεμνοτερους τ' ιδεειν· και τοι σεβας εσσεται αυτων.
Αιψα γαρ ἡρωων σφιν επερχεται ειδος αγαυον,
Οἱτε θεου μεγα δωρον επισταμενως φορεουσι·
Τολμα δ' αθανατους και ενηεϊ μειλισσεσθαι.

ΜΑΓΝΗΤΙΝ δ' εξοχ' εφιλησεν θουριος Αρης·

Ver. 296. Sermo eſt de gemmis ſuccini ſimilitudinem habentibus: quid ſi radios et ſtridorem electricum intelligit? Illam exaggerationem poetæ facilius ignoſcet, qui quorundam virorum doctorum enthuſiaſmos in electricis Phaenomenis enarrandis non ignoraverit. Quid quidem ῥοιζος φωτος ver. 297. queat ſignificare aliud, non video. Et quod ver. 288. *Solis gemmas* dicit, quod electro proprium, cujus ipſum nomen ab Sole derivatum (v. Plin. 37, 2) fabulam a Phaëthonte duci, notum eſt. Si h. l. conſideraſſem, cum ſcriberem prælectionem de electro in Comm. Soc. Gott. T. 3. majori de ſono illo electrico cum fiducia dicturus eram, et de ipſis ſcintillis, radiis, capillamentis electricis, nec meram halucinationem adpellaſſem. p 112. GESNER.

Ibid. Unde collegerit Geſnerus *ſermonem eſſe de gemmis ſuccini ſimilitudinem habentibus* plane neſcio. Sed neque patet de quibus gemmis ſermo eſt. *De ſtridore electrico* ne ſomniâſſe quidem poetam noſtrum quovis pignore contenderem. Phraſin illam, ῥοιζος φωτος, quæ huic commento anſam præbuit, omnino adulterinam judico. Totum denique locum ſic conſtituendum et interpretandum eſſe ſuſpicor.

Εν γαρ σφιν μεγα δη τι φερεσβιος εμβαλε πνευμα
Ηελιος, ῥεζον ερικυδεας αυτικα φωτας,
Σεμνοτερους τ' ιδεειν· και τοι σεβας εσσεται αυτων.

Illis enim magnum quendam ſpiritum indidit vitæ auctor Sol, reddentem homines ſtatim valde-honoratos et auguſtiores viſu; et tibi reverentia erit eorum.

Οὕνεκεν,

Cryſtallum cavam, ille vero Chryſolithi ſpeciem
Refert. Et niſi etiam hic haberet crines,
Chryſolithus erat. Ambos vero bonos eſſe dico.
Illis enim magnum ſpiritum indidit vitæ auctor
Sol, et ſtridorem ſplendidæ lucis
Et formæ majeſtatem, licet ex ſe venerabiles ſint.
Celeriter enim heroum ſpecies veneranda illis accedit.
Et hi Dei magnum munus ſcienter ferunt.
Pariter et Audacia et Placiditate Deos conciliare ſibi verum eſt.

MAGNETEM vero maxime amat bellicoſus Mars:
Quoniam,

Ver. 299. De ſcalptura facili harum gemmarum intelligo. Videmus hodieque plena beatiorum Muſea talibus artificiis. De ſtatua ex electro Auguſto poſita Olympiæ, Pauſa. Eliac. pr. ſ. 5, 12. vid. prael. cit. p. 112. GESNER.

Ibid. Qui in ſuperioribus mecum ſentiunt, notâ hâc facile carere poſſunt. Tantum moneo in verſu ſequente Ὁι τε reddi debere *Qui* non *Et hi*.

Ver. 301. Quid ſibi hic verſus h. l. velit, non expeditum eſt docere. Breve et interpreti commodum, accuſare corruptionis, abſurditatis, ſuppoſitionis, quæ non aſſequare. Sed interdum tamen et δυσκολα τα καλα. Videamus, an non το ενηες ſit idem quod ενηεια Ιλ. P. 670, ubi parvus Schol. exponit πρᾳοτητα. Deinde infinitum μειλισσεσθαι imperativo modo accipiam, et totum locum ita explicem, Audendo pariter ac concedendo, fiducia atque obſequio DI æque placantur: ut non modo gemmæ duræ et ſaxa imagines Deorum et heroum recipiunt, ſed etiam, et facilius quidem, molles. GESNER.

Ver. 301-2. Fruſtra in verſu primo explicando laborat Geſnerus, fruſtra etiam in altero emendando H. Stephanus, cum non viderint duos verſus inter ſe connexos eſſe. Et hoc quidem certiſſimum duco. In verſu poſteriore, pro variis Magnetis nominibus variæ ſeſe offerunt emendandi viæ. Mihi hæc ſatis tuta videtur.

Τολμα δ' αθαναῖυς και ενηεϊ μειλισσεσθαι
Μαγνησσᾳ· τηνδ' εξοχ' εφιλατο θȣριος Αρης,—

Aude

Οὑνεκεν, ὁπποτε κεν πελασοι πολιοιο σιδηρου,
Ηϋτε παρθενικη γλαγοφρονι χερσιν ἑλουσα
Ηϊθεον στερνῳ προσπτυσσεται ἱμεροεντι,
Ὡς ἡ γ᾽ ἁρπαζουσα ποτι σφετερον δεμας αιει,
Και παλιν ουκ εθελει μεθεμεν πολεμιστα σιδηρον.
Η τοι μεν μιν φασι και Ηελιοιο πελεσθαι
Αμφιπολον κουρης, ὁτε κεν θελγητρα παλυνοι·
Και μιν ὑπερθυμως γε τεκεκτονος Αιηταο
Κυδηνεν κουρη πολυμηχανος. αυταρ εγωγε
Σης αλοχου κελομαι σε δαημεναι, ει ἑθεν ἁγνον
Ανδρος απ᾽ αλλοτριοιο λεχος και δωμα φυλασσοι.
Ες γαρ μιν κομισας ὑπο δεμνια, κατθεο λαθρη,
Χειλεσιν αειδων θελξιμβροτον ατρεμας ῳδην·
Ἡ δε κατακνωσσουσα και ηδεϊ περ μαλ᾽ εν ὑπνῳ,
Αμφι σε χειρ᾽ ορεγουσα ποτιπτυσσειν μενεαινει.
Ει δε ἑ μαχλοσυνῃσιν ελαυνει δι᾽ Αφροδιτη,
Ὑψοθεν ες γαιαν τετανυσσεται εκπροπεσουσα.
Και δοιω Μαγνησαν αδελφειω φορεοντων,

Aude etiam Deos placare leni (i. e. lenitatem conciliante) *Magnete. Hunc autem maxime amat impetuoſus Mars.*——

Poſſumus ſcribere Μαγνητῃ· τονδ᾽, vel etiam Μαγνητι· τονδ᾽. ſed prætuli Μαγνησα, quia eâdem voce noſter infra utitur, ver. 320. Tzetzes etiam, a Geſnero citatus, lapidem hunc appellat Μαγνησσαν, quæ forte verior eſt ſcribendi ratio.

Ver. 302. Vulgo præfigitur titulus, Χ. ΜΑΓΝΗΤΙΣ.

Ibid. Citans h. l. Tzetzes 4, 403, Ἡσπερ (Μαγνητιδος) εν λιθικοις εγραψε τας δυναμεις. GESNER.

Ibid. Μαγνητις] Non ſtat hic verſus; ſtaret autem ita legendo, εξοχα μαγνητιν φιλησεν θουριος αρης. Neque tamen affirmare auſim ita ſcriptum a poeta fuiſſe. H. STEPH.

Θυμον

Quoniam, ſi quando appropinquaverit cano ferro,
Haud ſecus ac virgo ulnis amplectens, lacteo
Juvenem pectori apprimit cupido,
Ita hic lapis rapit ad ſuum corpus ſemper,
Et nunquam rurſus dimittere vult, bellicoſum ferrum,
Hunc quidem ferunt fuiſſe Solis
Filiæ famulum, cum demulcentia medicamina miſceret,
Atque illum magnanimi Aeëtæ gnata interfectrix liberorum
In deliciis habuit puella audax. Aſt ego [ſuorum
Conjugem tuam jubeo te explorare, an caſtum
Ab alieno viro lectum et domum ſervet:
Hunc enim lapidem ferens tecum ſub ſtragulis clam depone,
Cantillans intra labia demulcentem homines cantilenam.
Illa vero ſuavi licet ſomno ſtertens
Circa te manus extendens, amplecti conabitur.
Quod ſi vero illam incontinentiis urget diva Venus,
Ex alto in terram exporrecta decidet.
Tum etiam duo magnetem fratres ſecum ferant

Ver. 304. An prima in γλαϛοφρονι produci poſſit, dubito. Eundem ſenſum daret γλαϛεροφρονι.

Ver. 307. Hanc formam accuſativi in α ſimilibus exemplis probavit Caſaub. Lectt. Theocritt. c. 10. vid. Argon. 1248. Gesner.

Ver. 310. Τεκεκτονος, ἡ τα τεκνα φονευσασα τα ἑαυτης. Schol. MS. Paris.

Ibid. Conjecturam Geſneri in textum recepi pro vulgato ὑπερθυμος.

Ver. 313. Elegans ſine dubio conjectura Pierſoni Veriſ. p. 147. Sed illa optime σωμα cuſtodiet mulier, quæ cupidos juvenes, ne in δωμα quidem admittit. Gesner.

Iram

Θυμον απειρεσιης φυγεειν εριδος ποθεοντε.
Και λαους αγορηνδε συναγρομενους οπι καλη
Θελξεις, εν στηθεσσιν αγων μελιηδεα πειθω.
Και τοι πολλα κεν αλλα δυνησομενος καταλεξαι
Θεσκελα τοιο λιθοιο, τι πλεον ουρανιωνων
Φθεγγομαι, ὧν αιψα και ὑψοθι περ μαλ' ἐοντων
Ητορ επιγναμπτει και εφελκεται, οφρα κε σειο
Ωκα μαλ', ὡστε τοκηες, εελδωρ εκτελεσωσι.
Αλλ' ητοι ταδε μεν και επαυτικα πειρηθηναι
Παντα μαλ', ὁσσ' αγορευσα, παρεσσεται, ει κ' επι βωμον
Ελθωμεν· και γαρ μοι επισπομενος μοι ὁγ' ανηρ
Ωμοισι κρατεροισιν ιων φεροι αιολον ὑλην.
Νυν δ' επει ατραπιτοιο πολυ πλεον αμμι λελειπται,
Σειο δε τοι κλονεει κραδιην μεγα δεργμα δρακοντος,
Μανθανε και δολιχων οφεων μη δειεμεν ιους.

Τριψαι

Ver. 325. Θεσκελα] Post θεσκελα non debuit poni interpunctio. Quum autem imperfectus sit hic versus, nihil ad illum explendum commodius reperio quam si post τι addamus και, ut sit τι και πλεον. sed non placet φθεγγομαι, idque in futurum φθεγξομαι mutandum esse crediderim. Hic enim est (ni fallor) totius hujus loci sensus, *Et quum alia multa lapidis hujus miracula recensere tibi possim, quid ultra cœlestes progrediar? quorum licet altissimas sedes incolentium, hic lapis mentem flectit et allicit, ita ut primo quoque tempore desiderio tuo satisfaciant, non secus ac si parentes tui essent.* Sed illa verba τι και πλεον ουρανιωνων φθεγξομαι, fateor me ad verbum non vertere, quod, quum ad verbum sonent, *Quid amplius vel ulterius cœlestibus dicam*, hoc tamen significent, *Si commemoravero, quanta sit ejus apud ipsos etiam deos autoritas*, (vel *quantum ejus erga deos robur*) addendum ne quicquam fuerit? H. STEPH.

Ibid. Rectius fortasse Gesnerus. τιη πλεον. In versu sequente mallim φθεγγωμαι.

Ver. 331. Ελθωμεν] Pronominis μοι geminatio in hoc versu orta est

ex

Iram immenſæ contentionis effugere cupientes.
Atque etiam populum ad forum congregatum pulchra oratione
Demulcebis, in pectore verſans mellitam ſuadam.
Et licet tibi alia multa poſſim recenſere
Miracula hujus lapidis, quid ultra cœleſtes
Dicam? quorum celeriter, ſi et altiſſimas ſedes incolentium,
Mentem flectit et allicit, ita ut tuo
Quam primum, ac ſi parentes tui eſſent, deſiderio ſatisfaciant.
At certe horum quidem ſtatim periculum facere
Omnium, quæ dixi, poterimus, ſi ad aram
Pervenerimus. Etenim vir iſte, qui me ſequitur,
In robuſtis humeris mihi fert variam harum rerum materiam.
Nunc vero, quoniam nobis adhuc multum viæ reliquum eſt,
Tuumque cor turbat adhuc ingens ſpecies draconis,
Diſce etiam prolixorum ſerpentum non extimeſcere ſpicula.

ex alia quapiam depravatione mihi occulta, cujus nec proxime ſequens verſus expers eſſe videtur. H. Steph.

Ibid. Pronominis μοι geminatio vitari poteſt mutando prius in τοι. In verſu proxime ſequente recte vidit Geſnerus ſcribendum eſſe φερει pro φεροι. Sed quid eſt ιων; Redditur, *harum rerum*, quâ ratione non video. Reponendum credo—

Ωμοισι κραλεροισι λιθων φερει αιολον ὑλην.

Humeris validis fert lapidum variam farraginem; de quibus ſcilicet experimenta inſtituantur.

Ver. 334. Ingenio Pierſoni, Veriſ. p. 50. et hæc digna conjectura, et eſt δειμα cum hac relatione ver. 387. Sed eam hic tanto minus admiſerim, quod δειμα, notior vox, non ita inter imperitos librarios elidi potuit ab rariore δεργμα, quam converſim. Reſpicit nempe ad ipſam Hypotheſin carminis: Orphea perterritum ab illo dracone, a quo divinitus liberatus eſt, firmare vult adverſus ſimiles eventus et pericula. Gesner.

Ver. 335. Pro δειεμεν, quæ vox nihili eſt, ſcribere velim δειδεμεν.

Jube

Τριψαι γαρ λεπτην Οφιητιδα κεκλεο πετρην,
Ην ποτε τις κρατεροισι πεπαρμενος ελθῃ οδουσι,
Και μιν εφ' ἑλκει πασσε· και ατρεκες εσσετ' ονειαρ.

ΝΥΝ δε και Οστριτην οινῳ λιθον εντριψαντας
Ακρητῳ κελομαι πινειν, οδυνηφατον ειδως.

ΑΥΤΟΚΑΣΙΓΝΗΤΗ πολιης και ὁμωνυμ' εχιδνης,
Ἡ ῥα ποτ' εινα ετη λωβην αμενηνον εθηκας
Ῥιμφα Φιλοκτηταο, Μαχαονιης ὑπο τεχνης.
Ου μεν πως κεινην Ποιαντιος ελπετο θυμῳ
Νουσον ὑπεκφευξεσθαι αταρτηρην, ποθεων περ·
Αλλ' ὁγ' αλεξικακοιο μαθων παρα πατρος αρωγην
Λααν, ὁτις κε πυθοιτο, βαλων επι φαρμακα μηρῳ

Ver. 339. Vulgo præfigitur titulus, XI. ΟΣΤΡΙΤΗΣ.

Ibid. Lemma Οςριτης non pertinet nisi ad ver. 339 et 340, in quo ακρητῳ, vino, legendum esse, non potest dubitari. Post ver. 340, interposui novum lemma Οφιτις, ipso totidem pene verbis jubente poeta. Quid enim potest aliud velle sibi illud ὁμωνυμε ad εχιδναν relatum, si conferas præsertim ver. 356 et 457, ubi totidem literis οφιτου nomen est, et observes, apud Tzetzem, diligentissimum των λιθικων lectorem, ad Lycophr. 911 hæc esse; Φιλοκτητης κατα μεν τον Ορφεα ὑπο Μαχαονος ιαται τη Οφιητιδι πετρᾳ. Ceterum ex hoc ipso carmine discimus planissime, σιδηριτιν vel σιδηριτην ver. 355. 384. 413. esse eundem qui Οφιτης. Nec eundem esse Ορειτην dubito ver. 451, licet illud etiam suspicari subiret, forte ex scribentiserrore demum Ορειτην esse ortum. Quam facile confundi enim potuere Φ et Ρ. Sed antiquum oporteat esse errorem, si recte se habeat illud Plin. 37, 10 s. 65 *Oritis et a quibusdam sideritis vocatur.* Equidem jam deprecatus sum subtiliorem talium disputationem, cum præsertim hic non in ipsa natura rerum, sed in fabulis magicis versetur auctor. Nos poetam et naturæ picturam venamur præcipue. Reliquorum si quid ultro se offerat, non aspernamur. GESNER.

Σευεν

Jube parvum Ophiten lapidem in pulverem comminui,
Si quando validis ferpentis veniat aliquis dentibus punctus,
Et illum in vulnus infperge, et præfens erit remedium.

NUNC vero et Oftriten lapidem in vino contritum
Puro jubeo bibi, dolores eum lenire fciens.

GERMANE et cognominis lapis candentis viperæ,
Qui aliquando novenne vulnus innocuum reddidifti
Facile Philoctetæ, Machaonia arte.
Non enim amplius Pœantius fperabat
Morbum perniciofum fe effugere, licet ex animo optaffet.
Verum hic a medico patre edoctus auxiliatricem [remedio
Gemmam, (quod quis unquam audiat?) applicito femori hoc

Ibid. Pro Νυν omnino reponendum eft Συν. Recte autem vidit Gefnerus, de *Oftrite* lapide non agi nifi in verfibus 339 et 340. Recte etiam vulgatum Ακηρητον mutavit in Ακηρητῳ. Quod novum lemma Οφιτης interpofuerit poft ver. 340, non laudo; nam de lapide *Ophite*, vel *Ophietide*, quod idem eft, coeptum eft agi a ver. 336. Male etiam colligit *Ophiten* eundem effe cum *Siderite*, a quo manifefte diftinguitur. Unicus locus, qui huic opinioni patrocinatur, eft infra ver. 355-6. ubi fatis conftat οφειτην mendofe fcribi pro ορειτην, quem eundem effe cum *Siderite* teftatur Plinius a Gefnero citatus.

Ver. 341. Αυλοκασιγνητην] Fortaffe inter hunc verfum et proxime præcedentem aliquid deeft. nam cum ὁμωνυμ' pro ὁμωνυμε videtur legendum αυλοκασιγνητη. H. STEPH.

Ibid. Recte repudiavit H. Stephanus vulgatam lectionem Αυλοκασιγνητην. Nihil autem deeffe arbitror.

Ver. 342. Ἡ ρα ποτ'. Malim Η ρα ποτ'. *Certe quidem aliquando.*

Ver. 347. Λααν] Melius fortaffe legeretur ὁ τις κε πυθοιτο, includendo etiam parenthefi hæc verba. H. STEPH.

Ibid. Malim (ὁ τις κε πιθοιτο;) *quod quis credat?*

Σευεν επι Τρωεσσιν Αλεξανδροιο φονηα.
Τον ῥα μεθ' ὑσμινην ἡκειν ποσιν ατρεμεεσσιν,
Πριαμιδης παρος αυτος αποθνησκων περ απιστει.
Εκτανε δ' ηπεροπηα Παριν Ποιαντιος ἡρως,
Κεκλομενυ Δαναοις Ἑλενυ Τροιηνδε κομισσαι
Λοιγον αδελφειοιο μιαιφονον εκ Ληµνοιο.
Τῳ γαρ Απολλων Φοιβος εχειν λιθον αυδηεντα
Δωκε, Σιδηριτιν νημερτεα· τον ῥα βροτοισιν
Ἡνδανεν αλλοισιν καλεειν αψυχον Οφειτην,
Λυγρον, ὑποτρηχυν, στιβαρον, μελανοχροα, πυκνον.
Αμφι δε μιν κυκλῳ περι τ' αμφι τε πανλοθεν ινες
Εικελοι ῥυλιδεσσι επιγραβδην τανυονται.
Ηµαλα μεν τρις εφ' ἑπτα βιην Ἑλενοιο πεπυσµαι
Θηλυλερης τε λεχος φευγειν και κοινα λοετρα,
Και σεμνον αδιαντον εδωδης εμψυχοιο·
Αεναῳ δ' επι πετρον εχεφρονα πιδακι λυων,
Φαρεσιν εν μαλακοισιν, ἁτε βρεφος, αλδησσασκε,

Ver. 348. Philoctetes interfecit Parin, Apollod. 3, 6. p. 212. Parthen. Erot. c. 4. p. 350. Gesner.

Ver. 352. Similia Conon 34 p. 274. Tzetz. ad Lycophr. 911. Ἑλενυ —αυlομολησαντος τοις Ἑλλησι, καθ' ἁ φησιν Ορφευς τε και Τρυφιοδωρος. Et ad 1048. Ὁ δε παλαιος Ορφευς και μετα θανατον Ευρυπυλυ ζωντα παρεισαγει τον Μαχαονα, ιωμενον τον Φιλοκτητην. Cf. ad ver. 383. Gesner.

Ver. 350. Πριαμιδης παρος. Si me audias, ſcribes. Πριαμιδης Παρις ἀυlος, αποθνησκων περ, απιςει. *Priamides Paris ipſe, etiam moriens, vix credidit.*

Ver. 355. Credo utrumque rectum σιδηριτιν genere feminino, et alterum σιδηριτην ver. 384 et 413. ut nempe ὁ λιθος et ἡ λιθος. Nam diſcrimen illud inter την λιθον gemmam, et τον λιθον lapidem vulgarem, certe ex hoc ipſo libello perpetuum non eſſe convincitur, ut ecce in hoc ipſo loco, λιθον αυδηεντα etc. Gesner.

Concitavit in Trojanos Alexandri interfectorem.
Quem quidem in pugnam veniſſe firmis pedibus,
Priamides, prius ipſe ab illo moriturus, credere non potuit.
Occidit vero perfidum Paridem Pœantius heros,
Heleno jubente Danais, ut Trojam adducerent
Funeſtum fratris ſui occiſorem ex Lemno.
Illi enim Phœbus Apollo lapidem vocalem habendum
Sideriten verum dedit, quem hominibus
Aliis placuit vocare anima carentem Ophiten,
Funeſtum, ſubaſperum, durum, nigrum, ſpiſſum.
Circa ipſum vero circulo ab omni parte undique fibræ
Rugis ſimiles, inſculptæ extenduntur.
Tres ſupra ſeptem quidem dies Helenum audivi
Feminæ lectum refugiſſe et communia balnea,
Ac religioſe purum ab eſu animalium.
Perenni vero in fonte lapidem animatum lavans,
Veſtibus in mollibus, tanquam infantem, fovit,

Ver. 356. αψυχον οφειτην. Monui ſupra ad ver. 336. ſcribendum eſſe ορειτην, ut recte legitur in ver. 451. Quinetiam de epitheto αψυχον valde dubito. Quid enim ſingulare, ſi lapis *vitâ careat?* Hujus autem *Oritis*, ſive *Sideritis*, proprietas maxime notabilis erat, quod *vitæ* et vocis *capax eſſet.* Vide infra, ver. 363——381. Malim igitur hic ſcribere εμψυχον ορειτην.

Ver. 359. Εικελοι ρυτιδεσσιν. Edd. A. I. ἰκελοι. quod metro æque incommodum eſt; niſi forte ſcribendum ſit, Πανθ' ἰκελοι.

Ver. 360. Neſcio cur Geſnerus corrigere voluerit τρι' εφ' ἑπτα, et vertere *tres ſupra ſeptem* dies. Numerus, quem tradunt Editt. Vulgg. *ter ſeptem* dierum, nemini, opinor, ad tantum opus nimius videbitur.

Ver. 362. Και σεμνον αδιαντον. Rectius forte αμιαντον. Sed neque σεμνον ſuſpicione caret.

Και, θεον ὡς επ᾽ αρησιν αρεσσαμενος θυεεσσι,
Λααν ὑπερμενεεσσιν αοιδαις εμπνοον ἑρδεν.
Εν καθαρῳ δε φαος μεγαρῳ λυχνοισιν αναπτων,
Χερσιν ἑαις ατιταλλε θεουδεα πετρον αειρας,
Μητερι νηπιον υἱον εοικως δη κατεχουσῃ.
Και συ δ᾽, επην εθελῃς οπα δαιμονιην επακουσαι,
Ὡδ᾽ ἑρδειν, ἱνα θαυμα μετα φρεσι σῃσι δαειης.
Ὁπποτε γαρ μιν παγχυ καμῃς ενι χειρεσι παλλων,
Εξαπινης ορσει νεογιλου παιδος αΰτην,
Μαιης εν κολπῳ κεκληγοτος αμφι γαλακτι.
Χρη δε σε τετληοτι νοῳ αινεμεν αιει,
Μη πως ηπεδανοιο λυθεις ὑπο δειματος εξω
Εκ χερος ουδασδε βαλων, χολον αινον ορινῃς
Αθανατων. τολμα δε θεοπροπιην ερεεινειν·
Παντα γαρ εξερεῃ νημερτεα. και μιν επειτα
Πλησιον οφθαλμων, ὁτε κεν λουσῃς γε, πελασσας,
Δερκεο· θεσπεσιως γαρ αποψυχοντα νοησεις.
Ὡδε μεν Ατρειδῃσιν ἁλωσιμον εφρασε πατρην

Ver. 365. Και, θεον ως επ᾽ αρησιν. Illud επ᾽ tam ſenſui quam metro incommodum eſt, ſi αρησιν pro *precibus* accipiätur. Fortaſſe igitur ſcribendum eſt.

Και, θεον ὡς αρησιν αρεσσαμενος θυεσιν τε.

Ver. 372. Repoſui παγχυ pro vulgato παγχι, et, in verſu proximo, ορσει pro ορσῃ, Geſnero monente.

Ver. 374. Unde ſit in verſione Eſchenbachiana *Nutricis in ſinu*, non habeo dicere. Sed nihil dubitavi pro Φαιης reponere Μαιης. Literæ initiales verſuum præter ceteras corruptioni obnoxiæ. GESNER.

Ibid. Recte ſane. Sed idem etiam vidiſſe, qui verſionem laudatam dedit, nemini dubium eſſe poteſt.

Et tanquam Deum, votis placatum, et
Lapidem præpotentibus tandem hymnis fpirantem reddidit.
In cafta vero domo lumen lychnis accendens,
Suis manibus curavit divinum lapidem geftans,
Matri parvulum filium tenenti fimilis.
Et tu, quandoquidem vocem Deorum vis audire,
Sic facias, ut miraculum animo tuo intelligas:
Quando enim valde laboraveris illum manibus jaƈtare et com-[movere,
Subito edet vocem recens nati infantis,
Nutricis in finu plorando lac efflagitantis.
Oportet vero te conftanti animo curare eum femper,
Ne forte infirmo timore folutus,
E manibus in terram abjiciens, iram difficilem excites
Immortalium. Tum aude de vaticiniis eum interrogare.
Omnia enim exponet tibi vera. Eumque poftea
Propius ad oculos admovens, quando laveris,
Intuere: divinitus enim exfpirantem intelliges.
Sic etiam Atridis expugnatam fore patriam indicavit

Ver. 375. In τετληότε penultima licenter produƈta ob confonantem afperiorem: fic mox ver. 499. prior in οπον producitur. Gesner.

Ibid. Penultimam in τετληότι produci poffe ob fequentem τ non credo. De priore in οπον alius erit dicendi locus. Hic profeƈto refcribere malim τετλειωτι,, fecundum formam Homero ufitatam in vocibus fimilibus.

Pro αινεμεν, quod aperte mendofum eft, conj. κηδαινεμεν Bernard. ad Thomam Mag. p. 177. a. Sed magis placeret μελεδαινεμεν, eodem fenfu.

Ver. 377. οριvης eft ex MS. Paris, pro vulgato οριvῃ. Neque dubium eft pro χερος fcribi debere χειρος.

Ver. 382. Ὧδε μεν. Malim Τῳδε, ut conjungatur cum φοιϐητορι λαϊ. *Huic lapidi fatidico*; non *terribili*, ut Gefnerus vertit.

Λαομεδοντιαδης φοιβητορι λαϊ πιθησας.
Σοι δ' ετι και σθενος αλλο Σιδηριταο πιφαυσκω·
Ἑρπετω γαρ δη παμπαν ὑποτρομεοντι εοικε.
Σειο δ' εχεν πολυ μειζον ακοιμητον τε νοοιο
Δειμα Φιλοκτητης μεμνημενος αιεν εχιδνης.
Τουνεκα Παλαμηδαο σαοφρονος ουποτε νοσφι
Ηθελεν ευχεσθαι, γουνουμενος, οφρα τιν' ειποι
Θαλπωρην, ειπερ ποτ' επι χθονα μητερα θηρων
Ερχηται, πως κεν πολιον γενος εκπροφυγησι.
Τῳ δ' ογε Λητοϊδην επεων επιμαρτυρα Φοιβον
Κικλησκων αγορευε, τα δη νυν σοι καταλεξω.
Ευτε με παιδ' εδιδασκεν Ακερσεκομης αγορευειν
Μαντοσυνας, μεγαν ὁρκον εκεκλετο πρωτον ομοσσαι,
Ψευδεα μηποτε μυθον ενισπειν ανθρωποισι·
Τουνεκεν ατρεκεως μαλα τοι ερεω τα ἑκαστα.
Φραζεο νυν, Ἡρως ἑκατηβολε, μυθον εμειο.

Ver. 383. Laomedontiades Helenus est, proditor ille patriæ, de quo modo ad ver. 352. GESNER.

Ver. 384. Semper in hoc carmine ob oculos illud habendum, a Theodamante agi cum Orpheo occasione terroris a serpente incussi. GESNER.

Ver. 385. Corripienda inter scandendum vox, ἑρπετῳ. GESNER.

Ibid. Violentum sane remedium præscribit vir doctissimus, quo scilicet versus fine sensu conservetur. Non dubito scribendum esse

Ἑρπετα γαρ δη παμπαν ὑποτρομεοντι εοικας.
Serpentes enim admodum reformidanti similis es.

Neque sine artificio hæc ingerere fingitur Theodamas, quibus scilicet viam sibi muniat ad alteram argumenti sui partem, in qua de lapidum viribus *Theriacis* et *Alexipharmacis* dicturus est. Hactenus enim de *Theurgicis* præcipue dixit.

Αυτη

Laomedontiades, terribili gemmæ fidem habens.
Tibi vero et alias vires Sideritis recenſebo:
Serpenti ille quidem trepido ſimilis eſt,
Tuo vero habuit animum longe majorem et implacabilem
Timorem Philoctetes, memor ſemper viperæ. [mentis
Quamobrem etiam ſine prudente Palamede nunquam
Voluit preces fundere, ſupplicans, ut aliquod ſibi indicaret
Fomentum, quo, ſi quando terram matrem venans
Peragraret, canum ſerpentum genus fugare poſſet.
Illi vero hic, Latonæ filium Phœbum teſtem ſuorum verborum
Vocans, dixit ea, quæ tibi nunc enarrabo:
Cum puerum me adhuc docuit intonſus Phœbus eloqui
Vaticinia, magnum jusjurandum juſſit primum jurare,
Nunquam me dicturum falſum ſermonem hominibus.
Quamobrem vere tibi dico ſingula.
Nunc referas quæſo, ô Heros longe jaculans, ſermonem meum.

Ver. 387. Hæc infra v. 445. lucem accipient. GESNER.

Ibid. Cave credas. Sed neque lucem ullam deſiderant.

Ver. 388. Mirum profecto unde invectum ſit nomen Παλαμηδαο, reclamante cum maxime metro. Sed cæcum plane oportet eſſe, qui ſemel monitus non videt reſcribi debere Πριαμιδαο, i. e. *Heleni*; de quo modo locutus eſt, & cui omnia quæ ſequuntur unice conveniunt.

Ver. 389. Quid hic velit ευχεσθαι, non video; malim ερχεσθαι, *vadere, verſari.*

Ver. 391. Πολιος etiam ferri color ver. 303. GESNER.

Ver. 394. Hinc Palamedes loquitur, et ver. 398, ut tanto veracior fiat oratio, ipſius Apollinis orationem directe refert a ver. 398 ad ver. 412. GESNER.

Ibid. Immo vero abhinc Helenus loqui fingitur ad Philocteten; et oratio ejus uno tenore procedit uſque ad ver. 764.

Αυτη γαια μελαινα ϖολυκλαυτοισι βροτοισι
Τικτει και κακοτητα και αλγεος αλκαρ ἑκαστȣ.
Γαια μεν ἑρπετα τικτε, τεκεν δ' επι τοισιν αρωγην.
Εκ γαιης δε λιθων ϖαντων γενος· εν δ' αρα τοισι
Καρτος απειρεσιον και ϖοικιλον. ὁσσα δυνανται
Ῥιζαι, τοσσα λιθοι. μεγα μεν σθενος επλετο ῥιζης,
Αλλα λιθȣ ϖολυ μειζον· επει μενος αφθιτον αιει
Γεινομενῳ μητηρ και αγηραον εγγυαλιξεν·
Ἡ δε καταθνησκει τε, μινυνθαδιον θαλεθȣσα,
Και τοσον αυτης καρπος, εφ' ὁπποσον εμπνοος εστιν·
Ην δε κ' αποπνευσῃ, τις ετ' ελπωρη ϖαρα νεκρης;
Εν μεν δη βοτανας ηρι λυγρων τε και εσθλων
Δηεις, εν δε λιθοις ατην ȣ ῥεια κεν εὑροις.
Ητοι ὁσαι βοταναι, τοσσοι λιθοι. Αλλα συ γ', ἡρως,
Λαϊ Σιδηριτῃ ϖεφυλαγμενος, ἑρπετα ϖαντα
Θαρσαλεως, ει και τοι ὁμιλαδον αντιοωσιν,
Ερχεσθαι δια μεσσα, κελαινης ȣκ αλεγιζων
Λωβης. ȣ γαρ ετι σφι θεμις μεμνησθαι οδοντων,
Ουδ' ει κεν στειχοντος ενιχριμπτοιντο ϖοδεσσι.
Ουδε γαρ ȣδε μενειν ϖερ ετι ϖροφανεντα δυνανται,
Αλλα μετα σφισι θαμβος, ελαυνομενοισι δ' ἱμοια
Εσσυνται· τα δε, και ϖερ εναντιον αϊξαντα,

Ver. 404. Ῥιζαι, ῥιζοτομειν, ῥιζοτομια a radicibus ad omne genus et partes medicamentofarum plantarum refertur. Ῥιζοτομικα veterum, funt hodierna botanice. Notum eft, etiam feptentrionalium populorum nomina, quibus medicos et medicinam fignant, Artzt, Artzney, ab iis derivari folere, quæ radicem fignificant. Gesner.

Ver. 412. Hic, abrupta oratione Phœbi et Palamedis adeo, Theiodamas firmare pergit contra ferpentium metum Orphea. Gesner.

"Ipſa terra nigra miſeris hominibus
"Parit et mala, et ſimul uniuſcujuſque mali remedium:
"Terra quidem reptilia peperit, peperit vero etiam adverſus ea [remedia.
"Ex terra vero omne genus lapidum, in quibus
"Immenſum robur et varium inſitum eſt. Quantacunque præſtare poſſunt [dicibus,
"Radices, tanta etiam lapides. Magna quidem vis ineſt ra-
"Sed lapidibus multo major, quando quidem incorruptas vires
"Naſcenti lapidi mater, et nunquam ſeneſcentes præbuit:
"Radix vero moritur, exiguum admodum in tempus virens,
"Et tamdiu fructus ex ea haberi poteſt, quamdiu vitam habet.
"Si vero exſpiraverit, quænam amplius ſpes a mortua?
"Verno quidem herbas alias damnoſas, alias utiles
"Invenies, in lapidibus vero ægre perniciem aliquam reperies.
"Jam vero quot plantæ, tot etiam lapides ſunt." Tu vero [heros,
Lapide Siderite armatus, per reptilia omnia
Audacter, quamvis catervatim tibi occurrant,
Media tranſi, nigram non extimeſcens
Mortem; non enim illis fas amplius erit recordari dentium,
Non, ſi vel maxime incedentis implicentur pedibus.
Sed neque manere amplius poterunt, quando apparuerint:
Verum tremor ea occupabit agitatiſque ſimilia
In curſum incitantur. Quædam licet in te irruere velint,

Ibid. De hoc commento facile judicabit lector, qui notam noſtram legerit ad ver. 394.

Ver. 417. Multo ſane στειχοντα viatorem vel venatorem hic cogitare facilius eſt, quam ſerpentem. Taceo leges Grammaticas, contra quas ſunt in promtu σοφα φαρμακα. GESNER.

Ibid. Repoſui στειχοντος pro στειχοντες, ex conjectura Geſneri et MS. Paris.

Propere

Αψ οπισω ϖαλινορσα μεθερπυζειν μενεαινει·
Και σφισιν εξαπινης ῥοθος ἱσταται, ουδε τι ϖροσσω
Νηχεται· αλλ' ορεγοντα ϖελας ϖεριμηκεα δειρην
Γλωσσησιν μεμαασι ϖερισαινειν, σκυλακες ὡς.
Πολλακι και κατεδαρθε δαφοινων αγχι δρακοντων
Αμφι κυνηγεσιησι μενων εν ταρφεσιν Ιδης
Θηρητηρ Ευφορβος, αρωγῃ τῃδε ϖεποιθως·
Δωκα γαρ αυτομενῳ λιθον ἱερον· ουδε ϖοτ' αυτῳ
Εκ μαλα ϖερ ϖολλων ελθειν κατεναντιον ετλη.
Τερπετο δ' Ευφορβῳ ϖερικαλλεϊ φερτατος ανδρων
Αιχμητῃ Μελανιππος, ανεψιος εσθλος εμειο,
Ειδος αμωμητος, και ειδεϊ καρτος αρειων,
Αιζηου ϖοθεων, δουρικλυτου, ευπλοκαμοιο.
Τουνεκα και μετα θηρας αλωμενος, ου ϖοτε νοσφι
Εσθενεν Ευφορβοιο φερειν Ικεταονος υἱος·
Αλλ' αιει λασιοισιν εν ουρεσιν αντιθεοιο
Καγχαλοων κουροιο μετ' ιχνια συν τε κυνεσσιν
Ἑσπετο συν θ' ἑταροις, εθελεν τε μιν οιος ἑπεσθαι.
Η μεν κεν μιν ϖολλα ϖατηρ μενεαινεν ερυσσειν,
Αχαλοων ἑον υἱα φιλον θηρεσσι μαχεσθαι·
Και Πριαμοιο βιη μιν ερητυεν· ουδ' ὁγε θυμῳ
Πειθετο· τις κ' εθελεσκε τοτ' Ευφορβοιο λιπεσθαι;
Ῥεια γε μην αεκοντα μελας ηρυκακεν ὑδρος,
Νερθεν ὑπο κνημης ολεσιμβροτον ιον ελασσας.

Ver. 430. Quæ hinc de Euphorbo et Melanippo dicuntur, ea lucem accipiunt ex Tabella genealogica, quam in principio hujus libelli posuimus. Gesner.

Τον

Propere retro cedere cupient.
Et eorum confeftim tumultus reprimetur, neque ulterius
Procedet, fed extendentia appropinquando longam cervicem
Linguis parata erunt adulari, haud fecus ac catuli.
Sæpe dormivit cædis avidos juxta dracones
In venatione perfiftens in denfitatibus Idæ
Venator Euphorbus, hoc fretus auxilio.
Dedi vero ei fupplicanti lapidem facrum. Neque unquam ipfi
Ex magno numero vel unus occurrere aufus eft.
Delectabatur vero Euphorbo formofo pariter ac bellicofo opti-
Melanippus, confobrinus meus bonus, [mus vir
Specie emendatiffimus, et forma valde excellens,
Juvenem amans, hafta inclutum, et eleganter comatum.
Quamobrem etiam cum in venationem erumperet, nunquam
Euphorbo durare Icetaonis filius: [fine
Sed femper hirfutis in jugis divino
Se oblectans puero, ferarum veftigia cum canibus
Et fodalibus fequebatur, cupivitque folus illum fequi.
Sane quidem illum pater fæpe ftuduit retrahere,
Dolens, filium fuum dilectum cum feris pugnare;
Et Priami potentia eum retinuit. Neque vero hic animo
Perfuafus eft. Quis enim tunc Euphorbum relinquere potuif-
Facile tamen illum invitum ater retraxit hydrus, [fet?
Sub tibia letale fpiculum imprimens.

Ver. 431. Qui aurem poefi Græcæ affuetam habet, ftatim refcribet, Αιχμήτης M.

Ver 434. Malim αλωμενυ, quod ad Euphorbum referatur. Concurfum talem diphthongorum nofter non reformidat. V. fupra ver. 38.

Ille

Τον μεν ετ' ω ολοΐστερος ου λαθεν, ουνεκ' ετελλεν
Αυθι λελειψεσθαι. το ρα μιν και μαλλον ετειρεν.
Οικτειρων δ' ορεγοντα χερας ποτι γουνατ' εμειο,
Αυτου τουδε λιθοιο διατριψαντα κελευσα
Λεπταλεην αχνην επιπασσεμεν ἑλκεϊ λυγρῳ·
Και ρα μαλ' αυτικα φωτα κραταιη καλλιπε νουσος.
Τοιον γαια βροτοισιν αρηγονα τικτεν Ορειτην,
Ὁστε και ουταμενοις ακος ἡρωεσσι κομιζει,
Και στειρησι γυναιξι τεκειν φιλα τεκνα διδωσι.
Ποικιλα γαρ θνητοισι θεους ἑρδειν αγορευω.
Ὡς και εμης ποτε μητρος Αβαρβαρεης επακουσας,
Ανδρων ευ μαλα νουσον επισταμενης ακεσασθαι,
Βουκολιδης Ευφορβος αγαυου φασκεν Οφιτου
Φαρμακα, μη μουνον οφεων κατενωπα δυνασθαι,
Αλλα και οφθαλμοισι φερειν φαος, ηδε βαρειαν
Εκ κεφαλης ἑλκειν οδυνην. ηδη δε τιν' ανδρων
Ουασι δηθυνοντα καθηρας ωπασεν αιψα
Και δη και λεπτης εριηκοον εμμεν' αοιδης.

Ηδη

Ver. 445. Τον μεν ετ' ω ολοΐστερος ου λαθεν. Hæc corrupta esse nemo dubitet. Pro ω conj. Gesnerus ων, qua mente non video. Tentabam. Τον μεν ετι ζωοντ' ερος ου λαθεν. Sed præstet fortasse αδυναμιαν fateri.

Ver. 446. Metuebat, ne post novum vulnus immedicabile relinqueretur a sociis et amicis, ut prius ob vulnus ex sagitta Herculis destitutus fuerat. GESNER.

Ibid. Hæc scilicet, quæ de Melanippo apertissime dicuntur, de Philoctete, nescio quomodo, dici voluit Vir Cl.

Ver. 451. Ορειτην hunc esse σιδηριτην, manifeste patet ex ver. 413. Vid. No. ad lemma hujus capitis, ver. 339. GESNER.

Ver. 455. Ὡς και εμης ποτε μητροι A. Hic locus hypothesi nostræ adversari videatur. Quomodo enim *Helenus* de *Abarbarcâ*, quasi *matre*

suâ,

Ille vero eo eſſe perniciosius non ignoravit, quod hanc ob cauſſam
Rurſus ab Euphorbo eſſet relinquendus, id quod adhuc magis
eum afflixit.
Ego vero miſertus ejus, extendentis manus ad genua mea,
Juſſi lapidis hujus ipſius contriti
Exiguam lanuginem inſpergere vulneri gravi.
Et ſtatim reliquit virum vehemens morbus.
Talem terra peperit hominibus auxiliatorem montanum,
Qui et vulneratis heroibus remedium affert,
Et ſteriles mulieres parere caros liberos facit.
Varia enim mortalibus Deos præſtare dico. [tus,
Quemadmodum etiam aliquando a matre mea Abarbarea edoc-
(Quæ in depellendis morbis hominum valde erat perita)
Bucolides Euphorbus, admirabilis dixit Ophitæ
Pharmaca non ſolum adverſus ſerpentes valere,
Sed et oculis lumen afferre, gravemque
Capiti dolorem detrahere. Et certe virum quendam
Auribus tardum ſanans, reddidit ſtatim
Etiam exilis vocis acute audientem.

ſuâ, loqui poſſit? Sed pro εμης omnino reponendum eſt ἑης: ut Helenus jam referre intelligatur, *quæ Euphorbus, Bucolionis filius, ex matre ſuâ Abarbareâ audita, memorare ſolebat, de lapide Ophite.* Abarbarea autem, ſecundum Homerum Il. Z. 21. Bucolionis conjux; Euphorbus, ſecundum noſtrum in hoc loco, Abarbareæ et Bucolionis filius. Cur autem noſter in hoc loco, ſpretâ Homeri auctoritate, vel notum illum Euphorbum, Panthoi & Phrontidis filium, Abarbareæ et Bucolioni attribuerit, vel novum quendam Euphorbum induxerit, mihi non liquet. Nihil eſt in ſuperioribus quod non Homerico Euphorbo optime convenit; nihil hic, quod non a vero, ut ita loquar, Bucolionis et Abarbareæ filio dici poterat. Metrum autem Βȣκολιδης Αισηπος impleret non pejus quam Βȣκολιδης Ευφορβος.

Tum

Ηδη και τινα φωτα, χολῳ χρυσης Αφροδιτης
Εργα προς ἱμεροεντα γαμων αμενηνον εοντα,
Μεμνησθαι φιλοτητος ακεσσαμενος προϊαλλεν.
Εν πυρι δ' ει κε βαλοις μιν, οδωδην ἑρπετα τοιο
Φευξεται, ουδ' ετι πω μενεει σχεδον, ουδ' ενι χειῃ.

ΦΕΥΓΕΙ και κνισσῃσι Γαγατην ορνυμενῃσι
Τειροντα θνητους εχεπευκεϊ παντας αϋτμῃ.
Χροιῃ δ' αιθαλοεις, πλατυς, ου μεγας επλετ' ιδεσθαι·
Καρφαλεῃ δ' ικελον πευκῃ φλογα διαν ορινει.
Αλλ ολοον ποτι ῥινας αγει μενος. ουδ' ὁγε φωτας
Ληϲεται, ὡν κ' εθελοις ἱερην απο νουσον ερυξαι·
Γναμψει γαρ σφεας αιψα χαμαι προπρηνεας ἑλκων·
Οἱ δ' αρ' απο σφετερου πεπαλαγμενοι αφρισμοιο
Στρωφωντ' ενθα και ενθα κυλινδομενοι κατα γαιαν.
Τοισι δε χωομενη φρενα τερπεται, ὁπποτ' ιδῃσι
Πηματα παχοντας κεραη ποδας ωκεα Μηνη.
Θηλυτερη δ' ει κεν πολυφαρμακον αμφιβεβωσα

Καπνον,

Ver. 468. Φευγει κνισσῃσι, ut verſu 487, ελαυνων κνισσῃσιν. Gesner.
Ibid. Vulgo præfigitur titulus, XII. ΓΑΓΑΤΗΣ.
Ver. 470. Pro ελπετ' repoſui επλετ' ex conjectura H Stephani.
Ver. 471. De hoc verſu vid. Salmaſ. ad Soli. p. 178, b E. Gesner.
Ibid. Hunc verſum, uti editur, repræſentat Salmaſius. Ipſe malim ſcribere, Καρφαλεῃ δ' ικελος πευκῃ.
Ver. 473. Pro ερυξαι conj. ελεγξαι Salmaſius ad Solin. l. c. Ingenioſe, ſi non vere. Ipſum vide.
Ver. 475. Αφαρ οιμοιο hexametrum finire nullo modo poteſt: nec, puto, ſententiam quiſquam tolerabilem exſculpſerit. Αφρος, ſpuma, proprium Epilepticorum ſymptoma et ſignum etc. Verbo venia dignus

Tum etiam virum quendam, ira aureæ Veneris
Ad opera desiderabilia nuptiarum imbecillum,
Recordari amoris fecit, sanumque a se dimisit.
In ignem si conjeceris eum, odorem ejus reptilia [latibulis.
Fugient, et nusquam fere persistere poterunt, nec in ipsis suis

FUGIUNT etiam (reptilia) Gagatem propter nidorem illius
Vexantia mortales omnes pestilenti afflatu. [surgentem
Colore igneo, planus, non magnus apparet.
Tædæ aridæ instar flammam divinam excitat:
Sed ad nares exitiosum virus agit; neque hic viros
Ignorabit, quibus sacrum morbum depellere volueris.
Confestim enim eos incurvabit, præcipites humi trahens.
Hi vero sua spuma inquinati
Versant se hinc et inde volutantes in terra.
His vero, irata, animo delectatur, quando videt
Damna patientes, cornuta, pedibus celeris luna.
Femina vero, si quando medicum ejus excipiens

nus esse mihi videor, cum lectionem librorum omnium h. e. paucorum immutavi. GESNER.

Ibid. Recte quidem; sed non debuit tacere, Salmasium eandem emendationem dudum proposuisse, l. c. Nam αφρασμοιο, quod ibi legitur, est per errorem typographi, opinor, pro αφρισμοιο.

Ver. 477. Malefica hic Diana, venatrix, sagittatrix, gaudet suppliciis a se immissis. Epilepticorum paroxysmi a Luna h. e. Diana pendere, olim existimati. GESNER.

Ver. 479. Illud αμφιβεβωσα pulchre declaratur ex Ιλ. A, 37 ubi αμφιβεβηκας est ex gestu v. g. patris sumtum, qui puerum uti tutum præstet, inter divaricata genua recipit. GESNER.

Fumum,

Καπνον, ὑπο σπλαγχνοισιν αἱσσοντα δεχηται,
Αθροος ενδοθεν ωκα μελας καταλειβεται ιχωρ,
Ὁστε γυναικειη νεατη μιμνων ενι γαστρι
Κεκλειστται. τοτε δ' αυτον ὑπο πνοιησι λιθοιο
Δερκομενοι γαννυνται, αφαρ θολον εκβλυζοντα
Νηδυος. εκ γαρ νουσον απειρεσιην αλεεινει.
Αλλα τε πολλ' επι τοισι Γαγατην θεσκελα ῥεζειν
Οιδα· σε δε κνισσησιν ελαυνων ἑρπετα τερψει.

ΣΚΟΡΠΙΕ, σειο δε λααν ὁμωνυμον εμμεναι ἡρως
Αγλαος Ωριων ουκ εκλυεν· η γαρ οϊω
Πικρῃσιν τοτε γυια πεπαρμενος αμφ' οδυνῃσι,
Μαλλον σφωϊτερων κεν εκεινα θελεσκεμεν αστρων.

ΟΥΔ' ὁγε Κορσιοεντα λιθον κλυεν, ὁυνεκα μιχθεις
Δριμεος εν σκοροδοιο καρηατι, τοξευτηρα
Ηπεδανων ωκιστα βελεμνων σκορπιον ειργει.
Τον μεν εγω κορσῃ μαλ' εοικοτα φημι βροτειῃ
Παυειν, οξυβαφῳ τετριμμενον αμμιγα βακχῳ,

Ver. 480. Ut metrum impleatur ſcribendum eſt απαϊσσοντα.

Ver. 484. Emendatio pulchra et vera propoſita a Bernardo V. C. ad Syneſ. de Febrib. p. 127. Docere poteſt Foeſiana Hippocratis Oeconomia την θολον eſſe proprie atramentum ſepiæ, θολερα autem dici inprimis de imi ventris humoribus et fecibus turbidis, nigricantibus. Ipſa adeo θολερα επιμηνια ſunt apud Hippocratem. Res mihi videbatur manifeſta adeo, ut recipere in contextum Orphei eam, ſive conjectura eſt, ſive e MS. emendatio, non dubitarim. Gesner.

Ibid. Editt. priores habent δολον.

Ver. 488. Vulgo præfigitur titulus, XIII. ΣΚΟΡΠΙΟΣ.

Αμφι-

Fumum, ſub viſceribus exſurgentem receperit,
Confeſtim ex internis partibus nigra ſanies deſtillabit,
Quæ in infimo ventre mulierum reſtans
Includitur. Tunc vero illam ab afflatu lapidis
Tam facile impuri feces ventris ebullire adſpicientes,
Gaudent, infinitum enim ſimul morbum effugit mulier.
Præter hæc alia multa gagatem miracula efficere
Novi, te vero fumo reptilia fugans, delectabit.

SCORPIE, cognominem tibi lapidem eſſe, heros
Celebris Orion non audiverat. Certe enim arbitror fuiſſe.
Tum cum amaris membra doloribus correptus eſſet,
Illum potius, quam ſua aſtra, appetiturum illa *(munera tua)*

NEQUE hic de crinito lapide quidquam audivit, mixtum
Acris allii capite jaculatorem
Amarorum telorum ſcorpium celerrime arcere.
Hunc quidem ego capiti humano admodum ſimilem dico.
Sedareque, acerrimo tritum cum vino,

Ver. 490. Repoſui πεπαρμενον, ex conjecturâ Geſneri, pro vulgato πεπαρμενος.

Ver. 491. Non video ad quæ εκεινα referri poteſt. Scribendum ſuſpicor,

Μαλλον σφωϊτερων κεν εχειν εθελεσκε μιν αστρων.

Magis quam ſua aſtra habere illum (lapidem ſcil. Scorpium) *voluiſſet.*

Ver. 492. Vulgo præfigitur titulus, XIV. ΚΟΡΥΦΩΔΗΣ.

Ουδ᾽ ὀγε] Ουδε ὁ αὐτὸς Ωριων περι τȣ λιθȣ ἠκȣσεν, ὡς ωφελει τȣς σκορπιοδηκτȣς. Schol. MS. Paris.

Ver. 494. Certa emendatio Cl. Bernardi, pro Ηπεδανων reponentis Πευκεδανων, ad Pallad. de Febrib. p. 70. Verbum utrumque Homericum. Sed ηπεδανος imbecillis, quod hic plane contrarium, πευκεδανος mortifer. GESNER.

Αμφιπολον θανατοιο κελαινης ασπιδος ιον.
Μετρῳ δ' ὁς κεν μιξειεν ῥοδοεντι ελαιῳ,
Βαψας εκ πυρος οπον, ευαυχενιαις οδυναισι
Αλκαρ αγει· μελιτος δε μετα γλυκεροιο κερασθεις,
Ὑδατος ατηρην ολεκει κατα γαστερος ὑλην,
Ἡ τε καταϊγδην ὑπο νερτερα νηδυος ανδρων
Δευομενη, φερει ογκον αεικεα βεβωνεσσι.

ΙΣΘΙ δ' αμαλδυνειν σκορπηΐα κεντρα δυνασθαι
Και Περσηΐδαο μενος μεγα Κεραλιοιο,
Ηδε παλαμναιην ανεμωλιον ασπιδα θειναι.
Τεδε δε μοι παντων περιωσιον, ὁσσα φυονται,
Φοιβος ακειρεκομης φυσιν εμμεναι, εξ ἑτεροιο
Μυθειτ' εις ἑτερον στρωφωμενος ειδος· ὁ τις τοι

Ψευδος

Ver. 498. In οπον primam produci propter asperitatem consonantis, jam dictum ad ver. 375. Sed quid sibi vult Βαψας εκ, vel εκβαπτω; An οπος εκ πυρος est succus fervens, ut est de igne vel ex igni ablatus? Sed forte melior est altera lectio καψας, sumens, glutiens. Mihi N. L. cum nec quis οπος hic ex lapide paretur, videam. GESNER.

Ibid. In his misere corruptis non mirum est hæsisse Gesnerum. Totum locum sic fere constituendum suspicor.

Πετρῳ δ' ὁς κεν μιξειεν ῥοδοεντι ελαιῳ
Βαψας εκ πυυς οπον, αυχενιαις οδυναισι
Αλκαρ αγει.

Lapidi autem huic *si quis immiscuerit rosaceo oleo Tinctum ex colostro coagulum, colli doloribus Remedium affert.*

Πετρῳ, opinor, necessario reposui pro Μετρῳ. Πυος, Latinis *colostrum*, est πρωτον γαλα, *primum lac post partum cujuscunque animalis.* Apud Aristoph. Σφ. 708, est nomen masculinum, prima syllaba producta, ad quam normam hic scribendum esset πυυ, sed recentiores grammatici

Miniſtrum nigræ mortis aſpidis ſpiculum.
Modice vero ſi quis miſcuerit roſaceo oleo,
Inungens ſe feruente hoc ſucco, colli doloribus
Remedium affert. Et immixtus dulci melli,
Aquæ nocivam materiam per ventrem diſſipat,
Quæ cum impetu ad inferiora ventris virûm
Delata, tumorem affert indecentem inguinibus.

SCIAS vero aculeos ſcorpiorum obtundere poſſe
Etiam Perſeidis magnam vim Coralii,
Atque mortiferam aſpidem vanam reddere.
Hujus enim, ex omnibus quæ naſcuntur, nobiliſſimam
Naturam eſſe, Phœbus intonſus, dum ex alia
In aliam commutetur ſpeciem, mihi dixit, quod quidem quis

tici neutrum vocant. V. Etymol. M. in V. Profecto, ſi prima ſyllaba corripi poſſet, ad vulgatam ſcripturam quam proxime accederet πυεος. Εναυχενιαις mutavi in αυχενιαις, ut verſus ſtaret.

Ibid. Ὁ αυλος τας εν αυχενι οδυνας παυει μιχθεις ροδελαιῳ και οπῳ.— Schol. MS. Paris.

Ver. 504. Vulgo præfigitur titulus, XV. ΚΟΥΡΑΛΙΟΝ.

Ver. 505. Cur Περσηΐδαο nomen habeat, facile ex fabula intelligitur, quam graphice noſter narrat, ver. 536. ſq. GESNER.

Ibid. Lector etiam non monitus reponat Περσηϊαδαο, ne verſus corruat.

Ver. 509. Neceſſarium videtur legere στρωφωμενου, ſi qua eſt poetæ etiam Grammatica neceſſitas. GESNER.

Ibid. Recte; ſi priora recte leguntur. Si Τουδε in ver. 507. mutetur in Τονδε, quod malim, ſcribere debemus στρωφωμενον, cum H. Stephano.

Ψευδος κεν φαιη, τοδ᾽ ετητυμον αιψα τετυχθαι.
Χλωρη γαρ βοτανη πρωτον φυει· ȣδ᾽ ενι γαιῃ,
(Ἡν γε φυτων ισμεν στερεην τροφον) αλλ᾽ ενι ποντῳ
Ατρυγετῳ, ἱνα φυκι᾽, ἱνα βρυα γινετ᾽ ελαφρα.
Αυταρ επει κ᾽ ελθῃσι μαραινομενη ποτι γηρας,
Ητοι μεν οἱ φυλλα περιφθινυθȣσιν αφ᾽ ἁλμης·
Αυτη δ᾽ εν βενθεσσιν ὑποφλοισβοιο θαλασσης
Νηχεται, οφρα κυματ᾽ αποπτυσοι αιγιαλονδε.
Ενθα δ᾽ αρ᾽ εξαπινης μιν αναπνευσασαν ὑπ᾽ αιθρην
Βαζȣσ᾽, οἱπερ ιδοντο, κραλυνομενην ὁρααςθαι.
Δηρον δ᾽ ȣ μετεπειτα παγῳ περιπαχνωθεισα
Πετρȣται, και χερσιν ενιχριμφθεντα τεῃσι
Αμφαφαεις λιθον, ὁ πριν εχων ὑγρον δεμας ηεν.
Σχημα μεν ȣν βοτανης ετι οἱ μενει, ὁιον εην περ,
Οἱ τε κλαδοι, ὁσα τε σφιν ακροδρυα προσπεφυασι,
Ἡ τε οἱ εβλαστησε και ετραφη ειν ἁλι ῥιζα·
Φλοιος θ᾽ ὁσπερ εην, φλοιος κεν λαϊνος εστι.
Τερπωλη δ᾽ ἡδεια θεωμενȣ ες φρενα σειο
Βησετ᾽· εγω δ᾽ ȣκ οιδ᾽ ὁ, τι μοι θελγητρον ιδοντι

Ver. 510. Editt. A. I. et MS. Paris. αρα τετυχθαι. Legendum credo, τοδ᾽ ετητυμον αρα τετυχθαι. *Sed illud verum ſane eſt.* Priorem in αρα produci ab hoc ſcriptore non indigner.

Ver. 515. αφ᾽ ἁλμης. f. ὑφ ἁλμης.

Ver. 516. ὑποφλοισβοιο. Malim diſtincte ὑπο φλοισβοιο, *ſub fluctu.*

Ver. 517. οφρα κυματ᾽ αποπτυσοι. f. οφρα ȣ κυματ᾽. GESNER. Recte omnino. Fortaſſe etiam ſcribendum eſt αποπτυοι.

Ver. 518. Audaci metaphora loquitur de curalio jam e marinis undis emergente, tanquam de animali, quod eo ipſo quo naſcitur momento, irruente in nares ac pulmones aëre, reſpirare incipit. GESNER.

Falſum dixerit, ſed tamen verum eſſe.
Viridis enim herba primum naſcitur; neque vero in terra,
(Quam quidem plantarum novimus firmam eſſe nutricem) ſed [in ponto
Sterili, ubi algæ, ubi muſci leves.
Sed poſtquam marceſcens pervenerit ad ſenectutem,
Tunc quidem folia ejus corrumpuntur a mari;
Ipſa vero in profunditatibus fluctuantis maris
Natat, donec fluctus eam exſpuant in littus.
Inde repente eam, ſpirantem ab æthere,
Dicunt, qui viderunt, induratam apparere.
Haud multo vero poſt, velut glacie ſuperinducta
Lapideſcit, et manibus admotum tuis
Contrectas lapidem, qui antea molle habebat corpus.
Figura quidem herbæ permanet ipſi, quæ ante fuit,
Tum etiam rami, et quicunque ipſi adnati fuerant fructus,
Et quæ illi germinavit et nutrita eſt in mari radix,
Cortexque qualis erat, talis etiam eſt cortex lapideus.
Delectatio vero pertentans animum tuum videntis
Occupabit. Ego vero neſcio quæ illecebræ, quoties adſpicio,

Ver. 521. ενιχειμφθεισα. Editt. A. I. et MS. Paris, habent ενοκριθεισα. Unde legendum conjicio,

—— και χερσιν εν οκριοεσσα τερσιν
Αμφαφαεις λιθον.

Et manibus in tuis aſperum contrectas lapidem. Οκριοεις eſt vox Homerica.

Ver. 522. F. ηες. Ὁ πριν εχων ηες h. e. ειχες. Videtur illa Paraphraſis continuationem aliquam notare, *diu habebas.* Gesner.

Ver. 527. Τερπωλη δ' ἡδεια. Sic edidi ex conjectura Geſneri. Editt. A. I. et MS. Paris habent ἐνδια.

Αιεν επι πραπιδας καταλειβεται· ουδε δυνανται
Οσσε κορεσθηναι θεωμενου, αλλα γε θαμβος
Σευετ᾽ ενι στερνοισιν οϊομενευ τερας ειναι·
Και οἱ πιστευων περ, εολπα μιν ειναι απιστον.
Αλλα τε Γοργειην μεν ετωσιον ανθρωποισι
Σμερδαλεην κεφαλην φατις εμμεναι· ουδ᾽ αρα Περσευς
Ωκυπετης πελεται ψευδες τερας ἡγησασθαι.
Γοργονα γαρ Περσιδα δρακοντοεθειραν ακουεις
Ατλαντος νεατοισιν ὑπο κρημνοισι δαμηναι,
Παρθενον αργαλεην ερεβωπιδα, κηρα μελαιναν
Ανθρωπων, οἱσιν κεν επ᾽ ανδροφονω βαλεν οσσε·
Οἱ μιν δειμα πελωρον ααχετον αθρησαντες
Αισῃ λαϊνεοι τεθνειοτες ἑστηκασιν.
Την δ᾽ ουτ᾽ ευρυστερνος εναντιον Ατρυτωνη
Δερκεσθαι μενεαινεν, αδειμαντος περ εουσα,
Ουτε κασιγνητῳ κεκλετο κρατεροφρονι φωτι,
Χρυσαορῳ Περσηϊ, φονευομενην περ ιδεσθαι·
Αλλα δολῳ θηρειον αφαρπασεν αυχενα κουρης,
Ηκα μαλ᾽ εξοπιθεν γαμψωνυχον ου προϊδουσης

Ver. 530. Ut metrum fulciat, conjicit Gesnerus θηωμενου. Malim, τεθεαμενου.

Ver. 533. Sententia, opinor, requirit ut legamus μη ετωσιον, *non vanum*.

Ver 535. Πελεται ἡγησασθαι, *putandum est*. Necessitatem etiam quandam significat, ver. 570. GESNER.

Ver. 536. Γοργονα γαρ Περσιδα. Reddunt *Gorgonem Persidem*. Quo sensu non video. Sine dubio rescribendum est,

Γοργονα γαρ Περσηϊ δρακοντοεθειραν α.

Gorgonem enim a Perseo anguicomam audis—domitam fuisse.

Αμφι-

Semper in pectus meum descendant. Neque possunt
Oculi satiari spectantis; sed tamen stupor
Quatit mentem arbitrantis portentum quoddam esse.
Et licet ipsi credam, tamen fidem habere dubito.
Gorgonis quidem vanum (mendax) hominibus
Horribile adspectu caput fuisse fama est: ast minime Perseus
Celer volatu, falsum monstrum putandus est.
Gorgonem enim Persidem, draconibus crinitam, audis
Atlantis extremis sub præcipitiis interfectam fuisse,
Virginem superatu difficilem et infernalis adspectus, Fatum ni-
Hominibus, in quoscunque truculentos jecit oculos, [grum
Qui illam ut portentum monstrosum et insupportabile adspi-
Frato lapidei mortui constiterant. [cientes,
Illam vero neque robusta Minerva coram
Adspicere ausa est, impavida licet,
Neque suo Perseo, aurato ense insigni, interfectam ut adspice-
Fratri suo, injunxit, magnanimo viro: [ret,
Sed dolo serpentinam abstulit cervicem puellæ,
Subtiliter a tergo incurvam non advertentis

Ver. 540. Pro vulgato ἀνασχετον reposui ἀασχετον ex conjecturâ Bernardi ad Synes. de Febr. p. 164.

Ver. 541. Αἰσῃ λαϊνέοι. Elegantius, opinor, esset. Αἰσῃ λαϊνέῃ. *Fato lapideo.*

Ver. 544, 5. Transponendos censet, et 45 ponendum ante 44, Pierson. Verif. p. 151. Et fuerit sic facilior constructionis ratio. Sed sunt plura in his carminibus impeditiora, quæ ipse auctor non refugit. GESNER.

Ibid. Hos versus, ut Piersonus suadet, transposui. Mirum est Gesnerum contra emendationem tam certam oculos claudere voluisse.

Αμφιϐαλων ἁρπην κυλληνιδα λευκανιησι.
Της δ᾽ αρα και φθιμενης περ ολεθριος εσκεν οπωπη,
Και στυγερου Κρονιδαο μολειν ὑπο δωμα κελαινον
Πολλοις αισιμον επλετ᾽ εναιρομενης ὑπο νεκρης.
Αλλα τοτ᾽ αιγιαλονδε φονῳ πεπαλαγμενος ἡρως
Ελθων, εισοκε λυθρον αποπλυνειε θαλασσης,
Θερμην εξ ὁμαδου κεφαλην ετι και τρομεουσαν
Γοργειην καθεθηκεν επι χλοεραις βοτανaισι.
Οφρα δ᾽ ὁγ᾽ εν δινησιν ανεψυχεσκε θαλασσης,
Στειχων εκ τ᾽ ολοοιο πονου δολιχης τε κελευθου,
Τοφρα δε πορφυρεοιο διαινομενοι κορεσαντο
Αἱματος, οἱ ῥα κεχυντο χαμαι ὑπο κρατι θαμνοι.
Αμφι δ᾽ αρα σφιν αιψα θοαι ποντοιο θυγατρες
Λυθρον επεσσυμεναι θαμνοις περιπηγνυον Ὡραι,
Πηγνυον, ὡστε σε παγχυ λιθον στερεην οϊσασθαι.
Ουδε τ᾽ εην οϊσασθαι, επει στερεη λιθος ηεν,
Εκ δ᾽ ολεσεν βοτανης ὑγρον δεμας· αλλα και εμπης
Ουλομενης παμπαν βοτανης ουκ ωλεσεν ειδος.
Την μεν αρα χροιην εξ αἱματος εσχεν ερυθρην.
Αμφασιη δ᾽ ἡρωα λαβε θρασυν, ὡς ενοησε

Εξα-

Ver. 551. εναιρομενης. Malim εναιρομενοις.

Ver. 553. θαλασσης. Malim θαλασσῃ. *in mari*, ut interpres reddidit, vi ſententiæ cogente.

Ver. 560. Metro convenientius eſſet σφισιν.

Ver. 561. θαμνοις περιπηγνυον Ὡραι. Scribendum eſt diviſim περὶ πηγνυον, ut repetitio του πηγνυον in verſu ſequente mollior evadat. Sed quid *Horæ* hic agunt? Et quis των γενεαλογουντων eas *ponti filias* dixit?

Non

Injiciens falcem mercurialem faucibus.
Hujus etiam, quamvis mortuæ, adſpectus perniciofus erat,
Et horribilis Plutonis nigram in domum deſcendere
Multis fatale fuit, ab occiſa et mortua.
Aſt tunc ad littus, cæde pollutus heros
Accedens, donec piaculum in mari abluiſſet,
Calidum adhuc ex tumultu caput et tremens
Gorgonium depoſuit ſuper virides herbas.
Dum vero in gurgitibus maris ſe refrigerat,
Egreſſus ex periculoſo labore et longa via:
Interea purpureo humectati ſaturabantur
Sanguine, qui ſubſtrati jacebant capiti, frutices.
Circa vero eas, confeſtim celeres ponti filiæ
Horæ accurrentes, cruorem firmiter compegerunt,
Et ita compegerunt, ut ſolidum lapidem exiſtimares.
Neque vero opus erat exiſtimare, ſiquidem ſolidus lapis erat.
Perdidit vero ex planta viridem colorem. Sed nihilominus
Omnino pereuntis plantæ non perdidit ſpeciem. [tamen,
Colorem quidem ex ſanguine habuit rubrum.
Stupor vero heroëm cepit intrepidum, poſtquam conſpexit

Non dubito reponendum eſſe Αυραι. *Auræ* ſcilicet *cruorem circa virgulta compingere* probabiliter dicantur; eædem etiam *maris filiæ* poetice, nec invenuſte, appellentur. Et quidem ſic appellantur in Hymno, qui Orphei vocatur, LXXX. v. 1. Αυραι ποντογενεις, Ζεφυριτιδες, ηεροφοιται.

Ver. 566. Pro vulgato χρονιην repoſui χροιην, monente Geſnero. Et ita interpres videtur legiſſe, qui vertit—*colorem*.

Ex

Εξαπινης μεγα θαυμα· το και πελας αιψα κιυσα
Διογενης πολυμητις εθαυμασεν Οβριμοπατρη.
Θηκε δ' αδελφειυ κλεος αφθιτον, ὡς κε πελοιτο
Αιει Κυραλιυ προτερην φυσιν αλλασσεσθαι.
Εν δε βιην οἱ δωκεν απειρεσιην Αγελειη,
Φυλα φυλασσεμεναι κρυερην εις φυσιν ιοντα.
Ἡν δολιχην ἑρπων ες αταρπιτον ει μιν εχοι τις,
Η περαᾳ ἁλα διαν εϋσσελμῳ ενι νηϊ.
Και γαρ Ενυαλιοιο θοον δορυ μαινομενοιο,
Και χολον ανδροφονον φευγειν απο ληϊστηρων,
Και πολιον Νηρηα κυκωμενον εξυπαλυξαι
Εσθλη Κυραλιοιο βιη θνητοισιν οπασσαι.
Γλαυκην δ' εγρεκυδοιμον αταρβεα Τριτογενειαν
Σφωϊτερων καματων επαμυντορα κικλησκυσιν.
Φαρμακα δ' ὁσσα πελονται αταθαλα, και καταδεσμοι,
Αραι τ' αγναμπτοισιν ερινυσι παγχυ μελυσαι,

Ειτε

Ver. 370, 1. Hæc paulo aliter legi et diſtingui velim,

Θηκε δ', αδελφειυ κλεος αφθιτον ὡς κε πελοιτο,
Αιει κυραλιον προτερην φυσιν αλλασσεσθαι.
Fecit autem, ut fratris gloria immortalis fieret,
Coralium in æternum priorem naturam mutare.

Ver. 573. Etiam de h. l. bene meritus Cl. Bernardus ad Syneſ. de Febrib. p. 95. Φυξιν hic ſolum locum habere; φυσιν eſſe nihili, vel ſine libro poteſt ex contexto orationis intelligi. Gesner.

Ibid. Bernardi conjecturam veriſſimam credo. Φυξις autem accipienda eſt pro quavis *profectione*; ut *fuga*, in illo Virgilii Georg. I. 286. nona *fugæ* melior. Quinetiam minorem interpunctionem poſt ιοντα poni velim, ut duo verſus ſequentes cum hoc ſic connectantur.

Ex improviſo magnum miraculum, quod etiam ſtatim accur-
Jove prognata, prudens admirata eſt Minerva, [rens
Immortalemque fratris gloriam fecit, ut neceſſe ſit
Coralio, ſemper priorem naturam mutare.
Facultatemque ipſi indidit immenſam prædatrix Minerva
Homines ſervandi, miſeram fugam ingredientes,
Quam longam ingreſſus viam, ſi illud ſecum habuerit,
Aut ingreſſus ſit mare divum bene compacta in navi.
Etenim Martis celerem haſtam furentis,
Et homicidialem iram effugere prædonum,
Et canum Nerea turbulentum evitare,
Egregia Coralii vis hominibus dare poteſt.
Glaucam vero, turbas excitantem, intrepidam Tritogeniam
Suorum laborum adjutricem invocant.
Venena vero quotquot reperiuntur perniciosa et defixiones,
Diræque, quæ inflexibilibus furiis penitus curæ ſunt,

Η δολιχην ἑρπων ες αἰαρπιτον ει μιν εχοι τις,
Η πειραων ἁλα διαν εϋσσελμῳ ενι νηϊ.
Vel longam ingrediens viam ſi illud habeat quis,
Vel trajiciens mare, &c.

MS. Paris. habet περααν.

Ver. 580. Nunc rationem reddit virium, quæ tribuuntur curalio. Invocant, qui hoc lapide utuntur, Minervam, quæ illum monimentum ſuæ de Gorgone victoriæ eſſe voluit. Tale etiam eſt quod v. 599 dicitur de Jove filium ſuum Perſea honorante. GESNER.

Ver. 582. Καταδεσμοι neſcio qui, vincula, quibus impediti homines non poſſint vel maritalibus officiis fungi (das Nestel-Knüpfen) vel quo velint pergere, nec hodie in oblivionem ſuperſtitioſorum venere. *Defixiones*, credo, commode hic reddi poſſunt. Contrarium eſt *ſolvere*. GESNER.

Vel

Ειτε μυσος κευθων οικοφθορον ȣκ ενοησεν
Ανηρ, ειθ' ὁσα λυματ' επι σφισιν ηδ' επαοιδας
Σχετλιοι αλληλοισι μεγαιροντες τελεθȣσι,
Παντων αντιλυγρον δηεις κρατερωτατον ειναι.
Κοψας δε σπειρον ξανθη Δημητερι μισγων·
Και τοι λοιγον ἁπαντα τεης απανερθεν αρȣρης,
Αυχμȣς τ' εξελασει σταχυων γλαγος εκπινοντας,
Ατηρην τε χαλαζαν, απειρεσιοισι βελεμνοις
Αγρῳ τραυμα φερȣσαν αμηχανον εξακεσασθαι.
Βρωτηρων τ' επι τοισι γενος παντων αλαπαζει,
Ευλας τε, καμπας τε, και αιθεριην ερυσιβην,
Ἡτε κατ' ȣρανοθεν πταμενη ποτι καρπον ερυθρῃ,
Αμφι περι σταχυεσσι περισμυχȣσα καθηται.
Εκ τε μυων αγελας, εκ τ' ακριδος απλετον εθνος
Ῥαισει. και Κρονιδαο παραϊσσȣσικεραυνοι,
Παιδος ἑȣ κλεος ȣτοι ετωσιον αζομενοιο.
Κεινο πολυ πρωτιστον ανερχομενος περαγηθεν

Κȣρχ-

Ver. 584. F. κευθον. Nescio an commode dicatur aliquis occultare quod se habere nesciat. Nempe κευθον passive sumitur, ut Sophocl. Aiac. Flagell. 641 ἁδη κευθων mortuus. V. Schol. ad eum locum. Est etiam in Oedipo Tyr. 977 θανων κευθει κατω δη γης. Gesner.

Ver. 586. F. τελεȣσι. Gesner.

Ver. 589. απανερθεν, credo, merus error est pro απανευθεν.

Ver. 596. περισμυχȣσα. *Circum-urens.* Sic MS. Paris. Vulgo περισυνεχȣσα.

Ver. 600. Primo legendum puto ανερχομενος, ut ad Mercurium referatur, commeantem semper inter superos atque inferos. Fabulæ, monstra, sacra omnia occulta, sunt pars inferorum. Sextus Æneidos satis hoc docet. Quibus aut unde ανερχομενοις Curalium attulerit Mercurius

Vel ſi piaculum occultum, domus perniciem, non novit
Vir, vel quaſcunque noxas in ſe mutuo et incantationes
Pernicioſi homines, ſibi invicem invidentes, peragunt:
Omnium horum remedium præſentiſſimum eſſe invenies;
Comminutum ſere flavæ Cereri miſcens.
Et omnem tibi peſtem ex arvis tuis
Squaloreſque expellet, ſpicarum ſuccum exhaurientes;
Noxiamque grandinem, infinitis telis
Agro vulnus inferentem inſanabile.
Voracium inſuper beſtiarum omnium genus diſſipat;
Vermes erucaſque: et ætheream robiginem,
Quæ cœlitus delapſa, ad fructus, rubra,
Et undiquaque circa ſpicas angens illas ſedet;
Muriumque agmina, locuſtarumque innumeram gentem
Profligabit. Et Jovis præteribunt fulmina,
Filii ſui gloriam non inanem honorantis.
Illud longe excellentiſſimum, rediens ab inferis

curius, non temere aliquis docuerit. Illud ϖεραληθεν ad trajectum fluviorum infernalium pertinet: vel majori cum latitudine ad illa ſpatia, quæ lucem et ἁδην, conditionem eorum, quæ in ſenſus noſtros incurrunt, et quæ latent, diſtinguunt. Vnde *inſulas* mortui inhabitant: de quibus eſt in Prælectione noſtra ſecunda dictum. Gesner.

Ibid. ανερχομενος, ex conjectura Geſneri, in textum recepi, pro vulgato ανερχόμενοις. Sed commentum ejus de ϖεραληθεν minime amplectendum cenſeo. Περαληθεν, ſi quid video, nihil aliud ſignificat quam *ab extremis orbis partibus*, ab Æthiopiâ ſcilicet. Æthiopes enim, ſecundum Homerum, εσχαλοι ανδρων, *extremi hominum*. Simili locutione uſus eſt Alcæus apud Hephæſtionem,

Ηλθες εκ ϖεραλων γας, ελεφαντιναν
Λαβαν τω ξιφεος χρυσοδελαν εχων.

Homi-

Κουραλιον θνητοισι φερων πορεν Αργειφοντης.
Τυνη δ' ακρητοιο μετ' οινου πινεμεν αιει
Μεμνεο, πευκεδανου ἑνεκ' ασπιδος, ὡσπερ εειπον.

ΚΑΙ πολυειδεα πινε μετ' ακρητου Βρομιοιο,
Μορφην παντοιην επιειμενον, εσθλον Αχατην.
Πολλα μεν ουν ῥεα γ' εστιν Αχατου χρωματ' ιδεσθαι.
Εν γαρ οἱ δηεις ὁροων ὑαλωπιν Ιασπιν,
Σαρδια θ' αἱματοεντα, και αιγληεντα Μαραγδον.
Εν δ' ὁγε μιλτοπαρηος· αταρ και χαλκον εν αυτῳ
Δηεις, και χροιην εαροτρεφεος μηλοιο.
Αλλ' οιος παντων προφερεστατος, εικε μιν εὑροις
Ειδος εχοντα δαφοινον αμαιμακετοιο λεοντος.
Τῳ και μιν προτεροισι Λεοντοσερην ονομηναι
Ἡνδανεν ἡμιθεοισι, καταστικτον σπιλαδεσσι
Πυρσαισιν, λευκαις τε, μελαινομεναις, χλοεραις τε.
Τον δ', ει σκορπιην ολοφυρομενος τις ακωκην

Ελθοι,

Ver. 604. Vulgo præfigitur titulus, XVI. ΑΧΑΤΗΣ.

Ver. 607. Pro δηεις malim ubique δηοις legere: illud tamen ita frequens esse video, ut tanto minus aliquid audeam. Gesner.

Ver. 609. De eo vix dubito, a poeta esse Ενθ' ὁγε, hoc loco, hac sui parte etc. Gesner.

Ibid. Cave mutes aliquid. Mihi εν poni videtur pro εν αυτοις, elliptice, ut sæpius apud Homerum. *Inter* ipsos *autem* est *ille miniisgenis.*

Ver. 610. Χροιην μηλοιο εαροτρεφεος pallide rubentem intelligit: unde Salmas. ad Soli. p. 102, b B μηλινον χρωμα recte videtur a malis maturis pallide rubentibus derivare. Gesner.

Ver. 611. Salmas. ad Soli. p. 85 a D utitur lectione, quam in V. L.

Hominibus coralium attulit Argicida.
Tu vero cum mero bibere ſemper
Memento, contra pernicioſos ſerpentes, ut jam dixi.

ET multiformem bibe cum mero vino
Varias formas induentem pulchrum Achatem.
Facile enim perquam multi colores in eo apparent.
In illo enim invenies adſpiciens vitreæ perſpicuitatis Iaſpidem,
Sardamque ſanguinei coloris, et fulgentem Smaragdum.
Illic eſt miniatus, ſed etiam æs in eo
Reperies, et verni pomi colorem.
Sed omnium utiliſſimus eſt, ſi quidem repereris,
Colorem habentem fulvum indomiti leonis.
Ideoque illum Leontoſerem appellare, antiquis
Placuit ſemideis. Diſtinctus punctis
Rutilis, albiſque, nigreſcentibus, viridibuſque.
Hunc vero, ſi ſcorpii dolens quis aculeum

L. poſui, [Ἀλλ' ἔτος) non indicato auctore, ne facta quidem alterius lectionis mentione, ac deinde oſtendit, pugnare hoc cum Plin. 37, 10 ſ. 54 *Leoninæ pelli ſimiles Achatæ habere potentiam contra ſerpentes dicuntur.* Utrum rectius ſit, diſputare meum non eſt: illud modo monendum cenſui, fuiſſe videri penes Salmaſium exemplar a noſtris diverſum. GESNER.

Ibid. Nuſquam citat, quantum video, Salmaſius exemplar poetæ noſtri a vulgatis diverſum; adeoque nullum tale penes eum fuiſſe mihi certiſſimum eſt. Quæ igitur in hoc loco habet a vulgatis diverſa, partim ex lapſu memoriæ, partim ex judicio profecta arbitror. Prioris generis ſunt, in ver. 611. Ἀλλ' ἔτος pro Ἀλλ' οιος, et in ver. 612. δρακοντος pro λεοντος; poſterioris autem in ver. 614. καταστικτον pro καταστικτος, quod in textum recepi.

Venerit,

Ελθοι, αερταζειν περι ἑλκεϊ κεκλεο λυγρω,
Η μιν επιπασσειν· απο γαρ μινυθουσιν ανιαι.
Ἱμερτον τε γυναιξι δυνησεται ανερα θειναι.
Και θελξεις μυθοισι βροτους· και παντα κομιζων,
Ἀσσα κεν αιτησειας, αφιξεαι οικαδε χαιρων.
Και νουσω καμνοντα σαωθηναι θεμις εστιν,
Ὁς μιν ενι σφετερησι λαβων χειρεσσι καταχοι·
Διζεσθ' ουτοι τον γε βιωσεμεν αρνησοιτο.
Αλλα νοεις συ τεησιν ενι φρεσιν, ἑινεκεν αυτω
Ῥηξε λινον Κλωθω, τωδ' ερχεται ὑστατον ημαρ.

ΕΙ δε πυριφλεγεθων ετερημερος ανδρα θαμιζων
Η κρυερος μαρπτων πυρετος παρ' αδην θειησι,
Ηε τεταρταιης πημα βραδυ, μηποτε ληγειν
Βουλομενης, αλλ' αιεν, ὁπη πελασησι, μενουσης,
Τον συ γ' ιησασθαι δι αμυμονος αυτικ' Αχατου.
Ουτις γαρ προτερων πολυ φερτερος. αιψα δε σημα
Εξερεω,

Ver. 613. Idem Salm. p. 95, a F ad declarationem nominis λεοντοσερης obſervat, in V. Gl. σερις, σειρα. Gesner.

Ibid. Lapſus memoriæ, quem ſupra tetigi Salmaſii legentis δρακοντος pro λεοντος, fecit ut noſtrum cum Plinio pugnare crediderit, et proinde declarationem nominis λεοντοσερης plane futilem tentaverit. Quod ſi forte meminiſſet veræ lectionis, vidiſſet, opinor, hic reſcribendum eſſe λεοντοδερης, quo nomine vix reperiatur ullum aptius ad indicandos illos lapides, quos Plinius vocat *leoninæ pelli ſimiles*.

Ver. 624. Διζεσθ' ουτοι τονγε. In his tenebris ad lucem aliquam faciendam nihil melius occurrit, quam ut totum locum ſic ſcribamus:

Ει Ζευς ουτοι τονγε βιωσεμεν αρνησοιτο.
Αλλα νοεις συ τεησιν ενι φρεσιν, ἑινεκεν, ει τω
Ρηξε λινον Κλωθω, τωδ' ερχεται ὑςατον ημαρ.

Niſi

Venerit, alligari jube vulneri exitiofo,
Aut infpergi, Minuuntur enim dolores.
Defiderabilem mulieribus poterit virum reddere.
Verbifque homines demulcebis, et omnia auferens,
Quæcunque petes, hilaris domum redibis.
Et morbo laborantem fervari fas eft,
Qui eum manibus fuis tenebit :
Neque denegabit *Achates* operam dare, ut ille vivat.
Sed tute in animo tuo nofti, quando ipfi
Filum abruperit Clotho, tunc ultimam ei veniffe diem.

NEQUE æftuans alternis diebus rediens
Horrenda febris virum correptum ad inferos mittet,
Aut quartanæ exitium moleftum, nunquam ceffare
Volentis, fed femper, quocunque iveris, tecum permanentis.
Hanc tu fanabis ftatim optimo Achate. [fignum
Nullus enim inter priores multo eft melior. Confeftim vero

Nifi quidem Jupiter illum vivere negabit.
Sed nôfti tu in animo tuo, quod, fi cui
Ruperit filum Clotho, huic venit ultima dies.

Ver. 625. Τετο δηλονοτι παρα σεχυλε νοεις ειπε πρωτον αυλῳ θανειν παντας αποθανειται. (Sic.) Schol. MS. Paris. Leg. f. ει πεπρωτο αυτῳ θανειν, παντως α.

Ver. 627. Ει δε, pro vulgato Ουδε, eft ex conjectura H. Stephani.

Ibid. Vulgo præfigitur titulus, XVII. ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΧΑΤΟΥ.

Ver. 628.—παρ᾽ ἁδην θειησι. Primam in ἁδην corripi poffe non credo. Malim igitur—θειησι παρ᾽ ἁδην.

Ver. 632. Ουτις γαρ. Malim Ὁυλος. *Hic enim prioribus longe melior eft.*

Εξερεω, το ϖερ ωκα βιην δεικνυσι λιθοιο·
Εν γαρ μιν κρεαεσσι βαλων μεσον ἑψομενοισι,
Τυτθον αναχεσθαι, τα δε τηκεται ενδοθι ϖαντα.

ΟΥ μεν τοι και τονδε γ' εφ' ἑρπετα φημι δυνασθαι·
Αλλ' ἑτερον δωσω χατεοντι τοι ιητηρα
Ουρανοθεν γεγαωτα· συ δ' εν φρεσι βαλλεο σῃσι.
Ευτε γαρ αιγληεν σφετερον δεμας ευρυστερνος
Ουρανος, ωμηστηρος ὑπαι ϖαλαμῃσι Κρονοιο
Δῃωθεις, ειλυσσεν απειρεσιην επι γαιαν,
Αιθερος εκ δινης ϖεσεειν ουδασδε μενοινων,
Οφρα κε ϖαντ' αϊδηλα, ϖολυτριχον αμφιπετασσας
Νωτον ἑον, τευξῃ, μηδ' Ουρανου αστεροεντος
Θυμον ανιησας Κρονος ουρανον εισετι ναιῃ·
Δη τοτε αμβροσιοιο κατειβομεναι φορεοντο
Αἱματος ωτειληθεν επι τραφερην ῥαθαμιγγες,
Τας ου μορσιμον ηεν απ' αθανατοιο κιουσας
Σωματος ολλυσθαι· μενεμεν δ' εριβωλακι μοιραι
Εν γαιῃ ϖρογονοιο θεων σοον αἱμα κελοντο.

Ver. 636. Vulgo præfigitur titulus, XVIII. ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥ. Præscriptio illa, quæ adhuc obtinuit, vix ad primum versum potest accommodari. Agit manifesto carmen de Hæmatite, cujus nec nomen abest ver. 656. Ergo mutavi lemma. GESNER.

Ibid. Vulgata lectio—τονδε γε ἑρπετα—aperte mendosa est. γ' εφ' ἑρπετα est ex conjectura H. Stephani. Gesnerus malebat ϖρος ἑ. Sed quomodo ait hunc lapidem, Achatem scilicet, *non valere adversus serpentes?* Hoc profecto pugnare videtur cum iis quæ supra dixit, ver. 616—8. nisi forte statuendum sit, Achaten αμυμονα, de quo nunc loquitur, diversum esse ab Achate λεοντοδερῃ, de quo solo supra egit.

Μεινε

Dicam, quod ſtatim vim indicabit lapidis:
Si enim eum in carnes, dum coquuntur, injeceris,
Paululum exſpecta, omnes intus carnes diſſolventur.

HUNC quidem non aio adverſus reptilia aliquid poſſe,
Sed alium tibi indigenti medicum dabo
Cœlitus genitum. Tu vero animum adverte.
Quum enim ſplendens ſuum corpus, latus
Cœlus, manibus crudelis Saturni
Laceratus, devolueret in immenſam terram,
E vorticibus ætheris in ſolum terræ decidere cupiens,
Ut omnia tenebricoſa, circumjecto nigro
Suo tergo, redderet, diu vero ſtellati Cœli
Animum cum cruciaſſet Saturnus, cælum rurſus habitaret *Cœlus*;
Tunc ambroſii deſtillantes ferebantur
Sanguinis ex cicatrice in terram guttæ,
Quas non fatale erat ab immortali profectas
Corpore, perire. Permanere vero in gleboſa
Terra progenitoris Deorum ſalvum ſanguinem juſſerunt Parcæ.

Ver. 642. Copioſius narrat Diod. Sic. 1, 77. GESNER.

Ver. 643. Πολυτριχον νωτον Cæli intelligam ad verbum *tergus piloſum*, h. e. involucrum nigrum, quo involvere omnia Cælus voluerit. Τριχινον eſſe nigrum, obſervat Schol. Eurip. Phœniſſ. ver. 329. τριχινα ενδυματα, δυσορφναια, σκοτια, μελανα. Sed ibi de lectione poetæ ambigitur, ut docet doctiſſ. Valckenarius. Utamur potius loco Apocalypſeos noſtræ 6, 12. και ὁ ἡλιος εγενετο μελας, ὡς σακκος τριχινος. GESNER.

Ver. 644. μηδ' Ουρανε. Sic MS. Paris. Omnino recte. Editt. habent θην. Ald. μην. Geſnerus conj. δην.

Μεινε μεν ουν, αυον δε περιγληνοι θεσαν ιπποι
Ηελιου. και κεν τις επιψαυων, ερισειε
Λααν εχειν ενι χερσιν, εχει δε μιν αἱμα πεπηγος.
Εν γαρ δη χρως αυτος ετητυμος αἱματος εστιν·
Εν δε και ὑδατι ῥεια δαμασθεις ατρεκες αἱμα
Γινεται· Ἁιματοεις δε και ουνομα Λαας ετ' ανδρων
Εκ προτερων κεκληται. ακηρατα δ', ὡς επεοικε,
Φαρμακ' εχει· νημερτες απορροιαν μιν αοιδοι
Ουρανιην καλεουσιν ες ανθρωπους αφικεσθαι.
Ου γαρ ὁγ' ουτε νεην εθελει θνητοισιν οϊζυν
Ερχεσθαι προτι οσσε, παλαιοτερην τ' απερυκει,
Μιγνυμενος λευκοιο μετα γλαγεος, κερασας τε
Ιχωρι σφετερῳ· γλυκερῳ μελιτι δε διανας,
Εκ βλεφαρων απο πασαν αγει νουσον· αγαλλαα γαρ
Ειργεσθαι θνητους ὁρααν ερατεινα προσωπα
Πρεσβυτατου μακαρων στροβιλοβλεφαρου βασιληος.

Ver. 651. περιγληνοι. Reddunt *lucidi*, quo auctore nescio. Rescribendum credo—πυριγληνοι, *igneis oculis*, quæ vox ab Oppiano etiam usurpatur. Cyneg. III. 97.

Ver. 653. εχει δε μιν αἱμα πεπηγος. Μιν, opinor, in hoc loco ferri nequit. Poeta fortasse dedit, εχει δε μεν α. *habet autem sane sanguinem concretum.*

Ver. 660. Ουτε νεαν οϊζυν, ηγουν ταλαιπωριαν και αρρωστιαν, αφιησι τοις ανθρωποις επελθειν εν τοις οφθαλμοις, και την παλαιαν αποκωλυει ὁ τοιουτος λιθος. Schol. MS. Paris.

Ver. 662. Participia κερασας, et statim διανας, tum ver. 667. ὁμιλησας videntur media quadam significatione dici, *admiscens se*, idque eo facilius in mentem venire poetæ potuit, quo solemnius ipsi est vitam et actionem suis lapillis tribuere. GESNER.

Και

Permanſit igitur. Aridum vero fecerunt eum lucidi equi
Solis. Et ſi quis manibus attrectet, contendat
Lapidem ſe habere in manibus: habet vero illum *(pro illo)*
ſanguinem concretum.
In eo enim color ipſe verus ſanguinis eſt,
Atque in aqua facillime ſubactus, verus ſanguis
Fit. Et ſanguineus lapis jam inde a majoribus
Hodienum nomine appellatur. Potentiſſima vero, ut convenit,
Remedia in ſe continet. Vere rivulum illum vates
Cœleſtem dicunt ad homines delatum eſſe.
Non enim ille neque novos permittit dolores
In oculos hominum irruere, vetereſque depellit.
Immixtus albo lacti, et confuſus
Cum ſero illius, dulci vero melle dilutus
Ex palpebris omnem pellit morbum. Moleſte enim fert
Arceri homines a conſpectu amabilium vultuum
Maximi natu immortalium, palpebras diſtortas habentis Regis.

Ver. 663. Ιχωρι τῳ οἱον αφρῳ. οιμαι δε αντι τȣ πτυελȣ λαμϐανεσθαι. Schol. MS. Paris.

Ibid. Mollius eſſet—μελιτι γλυκερῳ.

Ver. 666. Quid pulchri ſit in ςροϐιλοις βλεφαροις, pineæ nucis ſimilitudinem habentibus, equidem non intelligo: niſi quod forte decent antiquiſſimum deorum, et male a filio habitum, adductiſſimum, non in arcum modo, ſed in acutam hyperbolam, ſupercilium. Non magis pulchritudinem temere aliquis laudet in turbidis et velut procelloſis ſuperciliis. Sed talia tamen ſunt in antiquis perſonis, quas Terentianis fabulis adpictas inde ſuæ editioni intexuit Daceria, et de quibus peculiarem librum dedit Bergerus. Certe Simonis, Chremetis, Sannionis, perſonas intuens videor mihi ςροϐιλοϐλεφαρον Orphei Cælum videre et ridere poſſe. Tales ſunt etiam perſonæ Bacchicæ in Marmor. Taurinenſſ. P. I. p. 83. Gesner.

Και γληναισι τεῃσιν, ὁμιλησας κυλικεσσιν,
Ανδρος τ' αιδοιων ακος εσσεται, ὁς κε πιῃσι.
Και μιν εγων Αιαντι δαϊφρονι πολλ' επετελλον,
Εντεσι δηρινθηναι αμυμονος αμφ' Αχιληος
Εσσυμενῳ, νικης επαρηγονα χερσι κομιζειν.
Και κεν, Οδυσσηος ταλασιφρονος αντιον, αυτῳ
Κυδος Αθηναιη περσεπτολις εγγυαλιξεν·
Αλλ' ου οἱ μοιρ' εσκε παραιφαμενοιο πιθεσθαι.
Τουνεκα θεσπεσιον μοι αθεριξεν ονειαρ,
Αζετο δ' ουλοον αορ. αταρ συ γε τοιο μεν αισαν
Ἀζεο, προς δε μελαιναν ολισθηροιο γενεθλην
Ἑρπετου Αἱμαλοεντα δαεις λιθον, αιεν ἑταιρους
Πινεμεναι νυμφαις ενι νηϊαδεσσι κελευε.
Και μεν εγω λαιψηρον εμον θεραποντα Δολωνα
Αυτοκασιγνητῳ μεμαως φιλον Ἑκτορι θειναι,
Προφρων ωπασα λααν ολυμπιον αιτησαντι·
Αυταρ ὁγ' εξαπινης Τρωων προπαροιθεν ἁπαντων

Ibid. Dubito an vocem στροβιλοβλεφαρου recte ceperit Gesnerus de superciliis, *pineæ nucis similitudinem habentibus*, vel (ut melius fortasse redderetur) *turbinatis*. In unico certe, qui mihi succurrit, loco, nomen simplex στροβιλος secundam habet longam. Aristoph. Ei. 864. Nescio igitur an non scribendum sit στρεβελοβλεφαρου, quod reddi potest *superciliis arcuatis*. Στρεβελον, σκολιον, καμπυλον. Hesych.

Ver. 669. Meminerimus Theodamanta esse, qui loquens introducitur. Gesner.

Ibid. Immo, meminerimus Helenum loqui. V. notam ad ver. 394.

Ver. 675. Non difficile est versum claudicantem, ut posui in V. L. vel alio modo, reponere. Sed, quid dederit poeta quærimus, non quid potuerit, debueritne adeo. Gesner.

Ἑκτορι

Et pupillis tuis, poculis immixtus,
Viriliumque medicina erit, ſi quis eum biberit.
Illumque ego Aiaci bellicoſo multum commendavi,
Ad armis contendendum cum pulchro Achille
Conanti, victoriæ adjutorem manibus ut ſecum ferret.
Ac tolerantem contra Ulyſſem ipſi
Gloriam bellicoſa Minerva dederat:
Sed fata ejus non concedebant ut admonentem audiret,
Ideoque divinum meum ſprevit auxilium,
Et enſem perniciofum arripuit. Tu vero tuam ſortem
Melius venerare, contraque nigram ſobolem lubrici
Serpentis, ſanguineum edoctus lapidem, ſemper amicos
Bibere tuos cum Nymphis Naiadibus (aqua) jube.
Atqui ego velocem meum ſervum Dolonem
Fratri meo Hectori conciliare cogitans,
Lubens donavi lapidem cœleſtem petenti.
Ille vero derepente præ omnibus Trojanis

Ibid. Quod poſuit in V. L. Geſnerus eſt, F. θεσπεσιον περ μυ. Conjecerat antea H. Stephanus, τοδε μυ, vel τοδ' εμυ. Quid dederit Poeta, vel dare debuerit, non meum eſt ſpondere. Potuit, opinor, ſcripſiſſe θεσπεσιοιο λιθυ α.

Ver. 680. Inſpice, qui dubitas, tabellam genealogicam, ad princ. hujus libelli. GESNER.

Ibid. Secundum tabellam genealogicam, ad quam dubitantes amandat Geſnerus, Dolon Heleni non θεραπων erat ſed ανεψιος, filius ſcil. Lampi, fratris Priami. Quæ ſane quo auctore tradantur inquirere non vacat. Noſter certe Homerum ſequitur, apud quem Il. K. 314. Δολων, Ευμηδεος υιος, Κηρυκος θειοιο.—Quod autem addit, Eumeden, ad Memnonem legatum, ex Aſſyria lapidem Liparæum attuliſſe, ipſius figmentum eſt.

Ἑκτορι πατρι τ' εμῳ κεχαρισμενος επλεθ' ἑταιρος.
Τοιο δ' ἑκητι μ' εκεινος αμοιϐαδον αρεσσασθαι
Ἱεμενος, Λιπαραιον επικλησιν παρα πατρος
Ωπασεν αφνειοιο λαϐων λιθον, ὁν ποτ' αρ' αυτος
Ελθων Ιλιοθεν κρατερον μετα Μεμνονα κηρυξ,
Σηματ' εμειο παροντος ανευρων, Ασσυριηθεν
Χρυσȣ τιμηεντος αρειονα δευρο κομισσε,
Μυρια κειθι μαγοισι πορων πολυϊδμοσι δωρα.
Ει δ' αγε δεχνυσο μυθον· εγω δ' εδαην τα κε λεξω.

Πρωτα μεν ȣν σπευδοντας αναιμακτων επι βωμων
(Ου γαρ αγειν θεμις εστι θυηλην εμψυχοιο)
Ἡλιον ευρυοπα κληζειν ὑμνοισιν ανωγα,
Και χθονα πιειραν, παντων τροφον ȣθαλοεσσαν.
Δευτερον αυτ' αιθωνος ὑπερ λιθον Ἡφαιστοιο
Τηκειν ἡδειῃ ταναȣς θελγοντα δρακοντας
Οδμῃ, την αρα κεινοι ανερχομενην εσορωντες,
Σπερχομενοι ποτι βωμον, αολλεες εκπρομολοντες
Χηραμοθεν, ὁρoωνται εφερπυζοντες αϋτμην.
Αυταρ επειτα λινοιο νεοπλυτα φαρεα κȣροι
Ἑσσαμενοι τρεις (οξυ φερων αμφηκες ἑκαστος
Αορ) αναρπαζειν οφιν αιολον, ὁς κε μαλιστα
Κνισσης ἱμειρων πυρος εγγυθι δινευεσκε,

Ver. 685. Cum prima in αρεσκω apud noſtrum, et alios, credo, ſemper corripiatur, malim ſcribere αμοιϐηδην αρεσασθαι.

Ver. 689. Σηματ' εμειο παροντος. Omnino reſcribendum credo—φοροντος. *Cum ego notas lapidis indicaſſem.*

Ver. 693. σπευδοντας, *accelerantes.* Ferri fortaſſe poteſt. Sed magis ad rem, opinor, σπενδοντας, *libantes.*

Hectoris et Patris gratiofus factus eft fodalis.
Hujus cauffa mihi ille viciffim gratificari,
Defiderans Liparæum nomine, a patre
Divite acceptum mihi donavit, quem quidem ille
Ilio profectus fortem ad Memnonem legatus
Virtutes ejus, me præfente, expertus, ex Affyria,
Pretiofo auro meliorem, huc fecum attulit,
Infinita illic Magis doctis elargiens dona.
Sed accipe rem omnem. Expertus loquor.
Primum quidem accelerantes ad aras incruentas
(Non enim fas eft victimam immolare animalem)
Solem late fplendentem celebrare carminibus juffi
Et terram latam, omnium nutricem mammatam.
Tum vero æftuantem in Vulcanum lapidem hunc
Conjicere et liquefacere, proprio extenfos demulcentem dra-
Odore. Hunc illi adfpicientes adfcendentem [cones
Feftinantes ad aram, confertim erumpentes
Ex fuis latibulis, adreptantes adfpectant vaporem.
Sed poftea pueri, novis veftibus lineis
Amicti tres (acutum ferentes finguli ancipitem
Enfem) capiunt ferpentem variegatum, qui maxime
Odore delectatus, proxime ad ignem fe circumagebat.

Ver. 698. Reftitui ἠδειη ex Editt. A. I. et MS. Paris. H. Stephanus, opinor, primus invexit τουγ' ιδιη. Nefcio unde.

Ver. 701. Pro οςοωνῖαι, conj. αρυονῖαι, *hauriunt*. Bernard. ad Pfellum de Lapid. p. 10. Non male.

Ver. 705. διγευεσκε. Malim διυευεσκη.

Hunc

Του δε διαμελεϊστι δαϊζειν εννεα μοιρας·
Τρεις μεν κικλησκειν πανδερκεος ηελιοιο,
Τρεις δ' ἑτερας γαιης εριϐωλου λαοϐοτειρης,
Τρεις δε θεοπροπιης, πολυϊδμονος, αψαυστοιο.
Τας δε λεϐης κεραμοιο τετυγμενος αἱμαλοεσσας
Δεξασθω, και δωρον ελαϊνον Ατρυτωνης.
Ηδε μεθυ βρομιοιο καλεσσιχορου καταχευειν,
Εν δ' ἁλας αργεννους βαλεειν θεραποντας εδωδης·
Εν δε σφιν και δριμυν επηλυδα κοκκον ανωγα
Μιξαι χρυσοχιτωνα, μελαγχροιην, εριτιμον·
Εν δε και ὁσσα περ αλλα μετ' αλληλοισι μιγεντα
Ἱμερον εσπεμπουσιν εδητυος ανθρωποισι.
Οφρα δ' επι τριποδος κρεα γαστερι δαμνατ' εοντα,
Τοφρα δε κικλησκειν μακαρων αῤῥητον ἑκαστον
Ουνομα· τερπονται γαρ, επην κε τις εν τελετῃσι
Μυστικον αειδῃσιν επωνυμον ουρανιωνων·
Αρασθαι δε Μεγαιραν αποπροθι παφλαζοντος
Σευεμεναι τριποδος κακομηχανον· ες δ' αρα τους γε
Πνευμα διϊπετες ενδον αγειν ἱερας επι μοιρας.

Ὁπποτε

Ver. 711. Melius erit interpungere.
Δεξασθω· και δωρον ελαϊνον Ατρυτωνης,
Ηδε μεθυ Β. κ. τ. λ.

Ver. 715. An hæc sit descriptio malogranati, viderint consulti. GESNER.

Ibid. Sive Helenus, sive auctor ipse, in regione ullâ ad austrum vergente, loqui supponatur, non verisimile est eum loquuturum fuisse de *Malo Granato*, vel ut *peregrino*, vel ut *valde pretioso*. Sed neque Mali Granati coccos inter *condimenta* habitos crediderim, ὁσσα περ—Ἱμερον

I εσπεμ-

Hunc vero membratim in novem partes dividebant:
Tres quidem aſſignabant Soli omnia videnti,
Tres alias terræ gleboſæ nutrici,
Tres vero vatidicæ, multiſciæ, intactæ *(virginis Minervæ)*
Has vero lebes e teſta fabricatus cruentas
Recipiat, cum munere Tritoniæ oliva.
Tum vinum Bacchi ad choreas concitantis infunde,
Candidoſque ſales injicere miniſtros cibi,
Iiſdemque acrem et peregrinum coccum, jubeo
Miſceri auro tunicatum, nigricantem, pretioſum:
Et quæcunque alia, inter ſe permixta,
Appetitum excitant cibi hominibus.
Poſtquam vero in ventre tripodis carnes coquuntur,
Tunc vero invocare arcana ſingula Deorum
Nomina. Delectantur enim quando quis in ſacrificiis
Myſticum cecinerit cognomen cœleſtium.
Et precari jubeo ut Megæram, a fervente
Tripode, malorum machinatricem depellant: in eoſque
Divinum ſpiritum immittant ſuper ſacras carnes.

εσπεμπυσιν εδητυος. Denique eundem coccum χρυσοχιτωνα et μελαγχροινην vocari incommodum videtur. Ego ſane auctorem noſtrum de *Pipere* loqui exiſtimo, adeoque pro χρυσοχιτωνα reponendum eſſe ρυσσοχιτωνα. Piperis ſcilicet coccus, et *acer*, et *peregrinus*, et *rugoſus*, et *niger*, et *valde pretioſus*, et *appetitum excitans*; quæ omnia an de ullo alio cocco vere prædicari poſſint, dubito.

Ver. 718. Malim ενι τ. κ. γαστερι.

Ver. 720. Docet rationem Hymnorum ſ. τελετων, quas nihil prope aliud habere, niſi nominum enarrationem, videmus. GESNER.

Quando

Ὁπποτε δ' ἑψομενοισιν επι κρεατεσσιν ἱκωνται,
Δαινυσθαι τοτ' επειτα κορεννυσθαι μεμαωτας
Αυτοθεν εκ τριποδος· τα δε λειψανα γαια καλυπτοι·
Και σφιν επισπεισαι λευκον γαλα, και μεθυ ἡδυ,
Και λιπα τ', ηδ' ερατον τε μελισσης ανθιμον ειδαρ.
Και στεψαι πλεξαντας ακροδρυα καρποφοροιο
Παρθενικης αφελοντας ελαιης· μηδε κορεσσης
Σφωϊτεροις πεπλοις ἑλεειν οικονδε κιοντας.
Μηδε μεταστρωφασθαι, επει κ' απο νοσφι τραπησθε·
Αλλ' αιει προτερην εις ατραπον οσσε φεροντες,
Ερχεσθ' ες μεγαρον· μηδε προτιμυθησασθαι,
Ει και τις ξυμβληται ὁδιτης, εστ' αν ἱκεσθαι
Ες δομον· ενθα δ' επειτα θυηλας αθανατοισιν
Εξαυτις ῥεζοντας, αρωματα ποικιλα καιειν.
Ταυτ' εγω εκτελεσας, ὁσα τ' εσσεται, ὁσσα τε κουφοι
Ορνιθες κλαζουσιν, επισταμαι, ὁσσα τε θηρες
Ωμησται τετραπεζοι ενι σφισιν ωρυονται.

ΕΝΘΕΝ εγων εδαην και βακχικα Νευριταο
Δωρα λιθου, Βρομιῳ κεχαρισμενα· τον περ εχοντες
Ανθρωποι

Ver. 726. Delevi τε post κορεννυσθαι, auctoritate MS. Paris.

Ver. 731. Quid sibi κορεσσης hic velit, non intelligo. Jam dixerat ver. 727. τα δε λειψανα γαια καλυπτοι: nihil debet de hoc sacro auferri, domum portari, servari in alterum diem. Verbo, legendum puto, μηδε πορεσσης, *Ne impertias* cuiquam domum ferendum quidquam. Totus apparatus hoc loquitur, ab hoc sacrificio nihil esse quasi eliminandum. GESNER.

Ibid. Neque κορεσσης, nec πορεσσης quidem, mihi verum videtur. Cogitabam

Quando vero ſuper carnes coctas venerint,
Epulari tunc ſatiarique cupide
Illic ex ipſo tripode, (reliquias vero terra occultet)
Ad hæc libare jubeo Diis album lac et merum dulce,
Et pinguedinem, et amabiles apium odoratas dapes.
Et coronare corollis ex ramis frugiferæ
Oleæ Minervæ ſacræ decerptis, nexis. Neque vero impertiar
Veſtimentis ſuis eos involuere quidquam domum redeuntes,
Sed nec reſpiciatis, licet a via deflectatis:
Sed ſemper in viam, quæ ante vos eſt, oculos conjicientes,
Pergite domum. Neque alloquimini,
Si quis viator occurrat, donec perveniatis
Domum. Ibi tunc poſtea ſacra Diis
Rurſus facientes, aromata varia urite.
Hæc ego poſtquam ita perfeci, quæcunque futura ſunt, et quæcunque leves
Aves clamant, intelligo. Et quæcunque feræ
Crudeles quadrupedes inter ſe rugiunt.

INDE novi ego etiam Bacchica neuritis
Dona lapidis, Bromio grata. Quem habentis

Cogitabam aliquando ſcribendum eſſe, χολεσσης, *iraſcaris, invideas.* Sed quid ſit *ramos oleæ* veſtimentis ſuis *capere* non intelligo.

Ver. 734. Malim φεροντας.

Ver. 742. Vulgo præfigitur titulus, XIX. ΝΕΥΡΙΤΙΣ.

Ibid. Legendum eſt Νεβριταο, et ver. 748, Νεβριτις vel potius Νεβριτης. Ap. Plinium, N. H. XXXVII. 64. Nebritis dicitur. In multis MSS. υ. et β. eadem fere forma pinguntur.

Ver. 743. Vertit interpres *quem habentis hominis,* quaſi ſcriptum eſſet τον περ εχοντος Ανθρωπυ. Et ſic, opinor, ſcribi debet.

Hominis

Ανθρωποι θυεων τε και αρæων αἴȣσιν
Ουρανιδαι. γυμνῳ δε ῥαχιν ποδι πευκεδανοιο
Ει κεν τις θλιψας οφιος, δια σαρκας ακανθη
Δηωσοι σφετερας, οδυνηφατος εσσεται αυτῳ
Νευριτις. ἑρδει δ' αλοχῳ ποσιν ἱμεροεντα.

ΕΝΘΕΝ και καλ̄ενωπα κελαινης ασπιδος εγνων
Καρτερα φαρμακα σειο, βροτοσσοε, θεσκελα, πετρη,
Της ονομα χροιῃ τε πελει χλοεροιο πρασοιο.

ΕΝΘΕΝ και σεο, δıε Χαϐαζıε, πειρηθηναι
Εν θυμῳ βαλομην, και σευ μενος εὑρον αριστον.
Αμφω γαρ, και νȣσον αναψυχεις πυροεσσαν,
Και μοι σκορπιοθεν βεϐολημενῳ ηρα κομιζεις.
Λητοΐδη, σεο μεχρις εμȣ Ποιαντιος ἡρως
Εσσυμενος ταδε παντα αμηχανα φησι πιφασκειν.
Αυτοκασιγνητην κεχολωμενος Αργυροτοξος
Κασσανδρην εκελευσεν ακȣοντεσσιν ἁπαντα

Θεσ-

Ver. 749. Ενθεν και καλ̄ενωπα] Fortaſſe hæc de alio lapide dicuntur, et imperfecta ſunt. Sic paulo ante, ΕΝΘΕΝ εγων, et ſtatim poſt ΕΝΘΕΝ και σεο, &c. H. Steph.

Ibid. De gemma χρυσοπρασῳ certe ita loqui potuit poeta. Gesner.

Ibid. Certe dicuntur de lapide *Chryſopraſio*, ut Geſnerus vidit. In ver. 750. Malim θεσκελε. Nihil deeſſe credo.

Ver. 752. Vulgo præfigitur titulus, XX. ΧΑΒΑΖΙΟΣ.

Ibid. Pro χαϐαζιε, quæ vox nihili eſt, reponendum credo χαλαζιε. Chalazias lapis a Plinio laudatur. N. H. XXXVII. 73.

Ver. 755. Ηρα φερειν Homerica formula (ut Ιλ. Ξ, 132) eſt χαριζεσθαι. Quis autem bono medico eſt χαριεστερος; Gesner.

Ver. 756. Hic quaſi peroratio eſt opuſculi, qua fidem dictis ſtudet

facere

Hominis et ſacrificia et preces exaudiunt
Cœleſtes. Nudo vero pede, dorſum letalis
Si quis preſſerit ſerpentis, et ille carnes ejus aculeo
Læſerit, dolores ejus mitigabit
Neuritis. Facitque conjugi maritum deſiderabilem.
Inde etiam contra nigram aſpidem, novi,
Valida eſſe remedia, homines ſervans divine lapis,
Cui nomen colorque eſt viridis porri.

INDE etiam te, divine Chabazie, tentare
In animum induxi, tuamque vim expertus ſum optimam.
Pariter enim et morbum refrigeras igneum,
Et mihi a Scorpio icto, remedium affers.
Latonæ Fili, hæc tua omnia ad me uſque
Pœantius heros audacter ait ſe impoſſibilia dixiſſe.
Sorori meæ iratus Apollo
Caſſandræ, juſſit eam audientibus incredibilia

facere ex Theodamantis perſona poeta. Philoctetes, ait, ſero tandem ad credendum his viribus lapidum a me inductus eſt. Caſſandræ vaticinia ipſe irrita Apollo fecit, et απιςα· at ego juratus verum dixi. Et nunc noſtris ſermonibus (ambigue, μυθοις) tu idem Apollo obſecutus, vires quas ego prædicavi, præſta lapidibus, mihi autem fidem concilia. GESNER.

Ibid. Perorationem hanc eſſe manifeſtiſſimum eſt, non tamen *ex perſona Theodamantis, nec totius opuſculi*, ſed tantum *ſermonis Heleni* ad Philocteten. Verſus primus, ut videtur, miſere luxatus eſt, et mihi prorſus inſanabilis. In ſecundo, niſi multum fallor, poſteriora ſic ſcribenda ſunt.—ταδε παντα αμηχανα φημι πιφασκειν. Reliqua planiſſima ſunt, dummodo meminerimus *Helenum* loqui ad *Philocteten.*

Vaticinari

Θεσπιζειν Τρωεσσιν, ετητυμα ϖερ φρονεουσαν.
Αυταρ εγω και ϖροσθεν απωμοσα καρτερον ὁρκον,
Ψευδεα μηποτε μυθον ενισπειν ανθρωποισι·
Και νυν ατρεκεως μαλα τοι λεξαντος ἑκαστα,
Ἡμετεροις, Ἡρως ἑκατηβολε, ϖειθεο μυθοις.
Ὡς αρ' εφη Πριαμοιο διοτρεφεος φιλος υἱος,
Ατρεστου θεραποντι φερων χαριν Ἡρακληος.
Νωϊ δε ϖοιησεσσαν ες ακρωρειαν ιουσι
Τρηχειαν μαλα μυθοι αταρπιτον επρηϋναν.

Ver. 759. απιστα, Jac. Merrick ad Tryphiod. ver. 408. p. 63. apud Bernard. ad Synes. de Febrib. p. 120. Ipſe vult αφαντα. GESNER.

Ver. 765. Nunc Orpheus ſermonem Theiodamantis et argumentum libelli finitum, more aliorum dialogorum declarat. GESNER.

Ver. 765 et 766, ſive Theodamanti, ſive Auctori tribuantur, non multum refert; ſed huic potius tribuendos exiſtimo, quoniam per conjunctionem δε, in ver. 767, cum verſibus duobus ſequentibus connecti videntur, qui Auctori neceſſario tribuendi ſunt. Sermo ſcilicet Theodamantis cum ſermone Heleni eundem finem habuit; quod explicate indicare Auctor ſupervacuum duxit.

Vaticinari Trojanis, vera licet ſcientem.
Aſt et ego prius juravi magnum jusjurandum,
Falſum nunquam me verbum dicturum hominibus:
Igitur poſtquam ſingula admodum vere enarravi,
Noſtris, Heros longe jaculans, verbis placatus eſto!
Et ita loquutus eſt Priami divini carus filius,
Gratiam referens intrepidi Herculis famulo,
Nobis vero herboſum ad verticem euntibus,
Aſperam admodum viam fabulæ leniverunt.

Ver. 766. Perſonam veluti facit aram, famulam Herculis (qui idem Sol eſt) ut ver. 61. αμυντορα βωμον dixerat. Sic ver. 713. ἀλες θεραποντες εδωδης. GESNER.

Ibid. *Aram*, veluti *perſonam*, *famulam Herculis*, et *Herculem Solem*, qua ratione finxerit Geſnerus, prorſus neſcio. *Famulus Herculis* vocatur (et quidem jure optimo) *Philoctetes*, ad quem Helenus, a verſu 394, continuo ſermone loquens inductus eſt. V. notam noſtram ad ver. 394.

ADDENDA.

SUPERIORES notæ jam ſcriptæ, et maximam partem typis expreſſæ erant, antequam Epitomen hujus opuſculi manuſcriptam in Bibliotheca Bodleiana delitere comperi. In Catalogo ſic deſcribitur, inter plures tractatus qui in Cod. *Barocc.* 131. continentur; "Anonymi *Collectanea* quædam medica a fol. 492 ad 498 b. Λιθος κρυσαλλος ὁ πασι γνωριμος." Codicem autem ipſum inſpicienti clare ſeſe obtulit titulus hic, Ορφεως λιθικων—cum tertia quadam voce, quam, literis ex madore chartæ evanidis, legere nequivi. Neque vero, ſi titulus defuiſſet, Collectanea hæc e noſtro auctore præcipue derivata (cum additamentis quibuſdam ex Dioſcoride, fortaſſe, aliiſque) ulli dubium eſſe potuit. Ex hac igitur Epitoma nonnulla proferre pergam, quæ locis noſtri obſcuris et corruptis, aut lucem allatura ſunt aut medelam; præmonito tantum Lectore, ſcriptorem hunc, quem Chriſtianum fuiſſe conſtat, *Prooemium* totum neglexiſſe; *Epiſodia* etiam *Mythologica*, et alia quædam mere *Theurgica*, prorſus omiſiſſe, ſive ob religionem, ſive quod ea ſolum, quæ ad medicinam ſpectabant, excerpere conſtituerat.

Ver. 182. την δ'αρα φασι παλαιγονιης ἱερον πυρ.] *Epitome* ſic. και τυτο ἱερον πυρ ωνομαζοντο ʿΟΙ ΠΑΛΑΙΟΙ των ʿΕλληνων. Quod ſane conjecturam noſtram firmare videtur, pro ΠΑΛΑΙΓΟΝΙΗΣ reponentis ΠΑΛΑΙΓΕΝΕΕΣ.

Ver. 192. *Epitome.* Λιθος ΓΑΛΑΚΤΙΤΗΣ, ὁν και τινες των παλαιων, οἱ μεν Ανακτιτην, οἱ δε Ληθαιον απεκαλεσαν.—ὁτι φορων τις αυλον και προσιων

τοις

τοις οικειοις δεσποταις και ὁμιλων, ευμενεις αυτȣς ἑυρισκει, και ληθην λαμβανοντας των αυτȣ πολλακις κακων. ὁν και ὁι Ἑλληνες προσιοντες τοις ἱεροις των θεων αυτον εφορȣν. Sequuntur plura, (quibus ſimillima legas inter Dioſcoridis *Notha*, p. 476. Ed. Sarac.) et hoc ex ipſo Dioſcoride. l. v. c. 150. Εςι δε την χροιαν εντεφρος [ητοι ςακτιζων] ἁρμοζει δε και προς οφθαλμων ἑλκη και ρευματα, τριβομενος και μετα ὑδατος αλειφομενος. Verba [ητοι ςακτιζων] interpolata ſunt ab Epitomatore. ΣΤΑΚΤΗ ſcilicet eſt vox Græco-barbara, *cinerem* ſignificans. V. Cangium in v.

Ver. 252. *Epitome.* Ει τις αυλον καταρειψας και μιξας ελαιῳ φαλακρον επιχρισειε, συνεχεςερον αναβλαςησωσι τριχες νεαι.

Ver. 264. 276. *Epitome.* Λιθος ΙΑΣΠΙΣ, ὁ και πασι προδηλος· χρησιμος δε και ȣτος, ὡς φασι, ταις αρȣραις προς ευφοριαν· αλλα και ὑετον, ὡ λεγȣσιν Ἑλληνες, εξ ανομβριας και καταγειν επι τας αυλας, και επιληψιαι ωφελειν. Λιθος ΛΥΧΝΙΣ, ὁ και ΛΥΧΝΙΤΗΣ λεγομενος· τȣτον δε πολυωφελεσταίον ειναι λεγȣσι· και γαρ αποκωλυειν χαλαζας και πασαν φθοραν, ὁσαι γινονται κατα αγρȣς· αλλα και, ὡσπερ ὁ Κρυσταλλος, και αυλον ανευ πυρος φλογα πεμπειν· εχειν δε και εναντιας δυναμεις· παφλαζοντος μεν γαρ τȣ λεβητος επιρριπτȣμενον αυτῳ ὑποχλιαινειν αυλον· τȣναντιον δε, ψυχρȣ τυγχανοντος, ταχυτερον τȣτον παρασκευαζει ζεειν και αναπαφλαζειν.

Ex his patet, opinor, verſum 267, quem deleri voluit Ruhnkenius, ab Epitomatore noſtro in exemplari ſuo lectum fuiſſe; quod tamen me non movet, quin aut illum delendum, aut priorem (neſcio quomodo) emendandum judicem. Patet etiam conjecturas noſtras, ut fit, partim veras partim falſas fuiſſe. Falſus eram cum ſuſpicabar inter verſus 266 & 267 nonnullos intercidiſſe; at in ſequentibus *de alio quodam lapide* agi vere hariolabar. Et quidem bene factum quod, Epitomes hujus ope, lapis ille, de quo agitur, certiſſime deſignatur, lapis ſcilicet *Lychnis*, vel *Lychnites* dictus: hoc enim cognito, turpiſſimam, quæ verſum 268 obfuſcavit, maculam facile erit amovere, et poetæ noſtro nitorem ſuum reſtituere. Quis enim dubitet, pro ΛΥΧΜΗΣ δ᾽ εκ πεδιȣ κ. τ. λ ſcribendum eſſe ſic?

ΛΥΧΝΙ, ΣΥ δ᾽ εκ πεδιȣ ῥοθιοντ᾽ αποεργε χαλαζαν
Ἡμετερȣ, και κηρας ὁσαι στιχοωσιν επ᾽ αγρȣς·
Και σε γαρ αθανατων φιλεει νοος.—MS. Paris, habet ΛΥΧΝΗΣ.

Hujuſmodi autem Apoſtropha noſter alibi etiam utitur, nec ſine arte, varietatis ſcilicet gratia. V. infra ver. 341. 488. 749.

Ver. 288. *Epitome.* Λιθος ΧΡΥΣΟΘΡΙΞ, ὁ και τȣ Ηλιȣ καλȣμενος διπλȣς ȣτος το ειδος· ὁ μεν εοικως Κρυσταλλῳ, πλην ὁσον καθαπερ ακτινες τινες, η τριχες, αυτῳ εμπεφυκασι· ὁ δε τῳ χρυσολιθῳ κατα παν ὁμοιος, πλην ὁσον και αυτῳ, καθαπερ ακτινες, αἱ τριχες περιαυγαζονται· διο και ὁι μεν απο των τριχων αυτω χρυσοτριχας ωνομασαν· ὁι δε απο των ηλιακων ακτινων ηλιȣ λιθȣς· φορȣμενοι δε ȣτοι, φασιν, ΕΥΠΡΕΠΕΣΤΕΡΟΥΣ ΚΑΙ ΣΕΜΝΟΤΕΡΟΥΣ ΤΟΥΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥΣ ΠΟΙΟΥΣΙ, και παρα πασιν αιδȣς αξιȣς. Quæ ultima ſuſpiciones noſtras, ad ver. 296, non mediocriter confirmare videantur.

Ver. 302. *Epitome.* Λιθος ΜΑΓΝΗΣ, ὁ και ΜΑΓΝΗΤΗΣ. Cætera, fere omnia, legi poſſunt inter *Notha* Dioſcoridis, p. 476.

Ver. 355. Lapidibus *Ophite*, vel *Ophietide*, et *Oſtrite*, præteritis, Epitomator de *Siderite* hæc habet. Λιθος ὁ ΣΙΔΗΡΙΤΗΣ, ὀν και εμ την τινες καλȣσιν· ωνομασται και ȣτος απο της φυσεως· αλλα και της κατα τον τοπον ἑυρεσεως· ἑυρισκεται μεν ορεσιν· εςι δε την μεν θεσιν στρογγυλος, η ὡς ὑποστρογγυλος· την δε φυσιν τραχυς, στιβαρος, μελ και πυκιος· και παντοθεν δε αυτον περιεχȣσιν ινες, ὁμοιαι ρυτισιν η και γραμμαις.

Deſcripſi cum hiatibus, quos Codex manuſcriptus exhibet, literis penitus extritis. In ſecundo et tertio, proclive eſt reſcribere ΕΝ ΤΟΙΣ ορεσιν, et μελαΝΟΧΡΟΥΣ. In primo, nihil video quod probabilius reponatur quam εμΨΥΧΟΝ ΟΡΕΙτην, ſicut ipſe in Auctoris noſtri ver. 356 ſcribendum conjeceram.

Ver. 357. Pro Λυγρον conj. ΛΥΠΡΟΝ Ruhnkenius, Vir Cl. ad Timæi Lexicon, p. 50. Sed Epitomator (qui reddit ΣΤΡΟΓΓΥΛΟΣ, η ‛ΩΣ ‛ΥΠΟΣΤΡΟΓΓΥΛΟΣ) videtur legiſſe ΓΥΡΟΝ, quod veriſſimum credo. Sic enim Heſychius in v. ΓΥΡΟΝ.—κυρτον, ΣΤΡΟΓΓΥΛΟΝ, κυκλοειδη. et Suidas. ΓΥΡΟΝ. κυρτον. ΣΤΡΟΓΓΥΛΟΝ.—*Oritis* GLOBOSA ſpecie. Plin. N. H. XXXVII. 65.

Ver. 360—404. Hæc breviter tranſilit Epitomator. Φασι δε και μαντικον ειναι, και ΤΙΝΑ νηστευοντα και καθαιροντα ἑαυτον, και τȣτον δε αυτον τον λιθον καθαροις ὑδασιν απονιπτων [l. απονιπτοντα], αλλα και λευκοις λινοις περιελιττων [l. περιελιττοντα], ειτα και λυχνȣς αναπτοντα, εξαιφνης ακȣειν ὡς νεογενȣς τινος βρεφȣς φωνην· και πυνθανομενȣ τινος αποκρινεται· επειτα προς το τελος, καθαπερ εμψυχον, αποπνεειν· αλλα ταυτα μεν ‛ΕΛΛΗΝΩΝ ΠΑΙΔΕΣ, ‛ΟΙ ΤΟΙΣ ΚΤΙΣΜΑΣΙ ΛΑΤΡΕΥΕΙΝ ΕΘΕΛΟΝΤΕΣ,

ΚΑΙ

ΚΑΙ ΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ΦΩΝΩΝ ΑΚΟΥΕΙΝ ΣΠΟΥΔΑΖΟΝΤΕΣ· ὁσα γαρ, φησι, τας ριζας των βολανων δυνασθαι, τοσαυτα και των λιθων φυσεις.

Ver. 425—467. Hæc ſic in compendium redacta ſunt. Πολλακις δε ΤΙΣ και εν κυνηγεσιοις σχολαζων, και εν ερημῳ η ορεσι καθευδειν αναγκαζομενος, μεσον των θανασιμων οφεων και σκορπιων, ουδεν εξ αυτων πεισεται, τουτον φερομενος. και οφιοδηκτοις δε πασιν επιπασσομενον, αλλα και τραυμασι παντεσσιν, ειτε απο ξιφεων, ειτε και απο ἑτερων τινων αιτιων, αλεξιφαρμακον γινεται. και στειραις δε γυναιξι περιδεσμευομενον ευτοκιαν φασι παρεχειν.

Λιθος ΟΦΙΤΗΣ ʽΕΤΕΡΟΣ. ὁυτος ΑΠΟ των [l. ΤΟΥ] αντιφαρμακων [l. ΑΝΤΙΦΑΡΜΑΚΟΝ] ΕΙΝΑΙ ΤΩΝ ΟΦΕΩΝ ὑπο των παλαιων ΩΝΟΜΑΣΓΑΙ· και οφθαλμοις δε αμβλυωπεσι οξυωπιαν παρεχει. και κεφαλαλγιαν πανει. και μυρμηκιαν καθαιρει ὁυτως, ὡστε και λεπτας ὁμιλιας τον φορουντα τουτον ακουειν. δυνασθαι φασι δε και τον ακινητον προς αφροδισια και ηλιθιον ὑπο τουτου προς κυνησιν και επιθυμιαν ερχεσθαι. και θυμιωμενον δε ἑρπετα παντα διωκειν, ου τα πλησιον μονον, αλλα και τα πορρωθεν εκ των φωλεων αυτων.

Ex titulo illo, Λιθος ΟΦΙΤΗΣ ʽΕΤΕΡΟΣ, qui ad ver. 457 referendus eſt, contendat forte aliquis Epitomatorem in ver. 356 ΟΦΙΤΗΝ legiſſe, adeoque in hiatu, quem notavi ad ver 355. ΟΦΙΤΗΝ ſcripſiſſe, non ΟΡΕΙΤΗΝ. Neque id quidem ſine aliqua ratione. Ego vero quo minus in eam ſententiam abducar, facit inprimis, quod ſupra dixit, l. c. lapidem *Sideriten*, binominem exiſtentem, *nomina ſua accepiſſe* ΑΠΟ ΤΗΣ ΦΥΣΕΩΣ· ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΤΟΠΟΝ ʽΕΥΡΕΣΕΩΣ· ευρισκεται μεν [ΕΝ ΤΟΙΣ] ΟΡΕΣΙΝ. Primum ſcilicet nomen ΣΙΔΗΡΙΤΗΣ, ſecundum Epitomatorem, ΑΠΟ ΤΗΣ ΦΥΣΕΩΣ ductum erat; alterum ΑΠΟ ΤΗΣ ΕΝ ΤΟΙΣ ΟΡΕΣΙΝ ʽΕΥΡΕΣΕΩΣ, nimirum ΟΡΕΙΤΗΣ. Si ΟΦΙΤΗΝ legiſſet, illud certe etymon tum dediſſet, quod modo protulit, ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΝΤΙΦΑΡΜΑΚΟΝ ΕΙΝΑΙ ΤΩΝ ΟΦΕΩΝ. In hoc igitur loco vocem ʽΕΤΕΡΟΣ ab Epitomatore minus proprie poſitam ſuſpicor, fortaſſe quia credidit *Ophiten* hunc diverſum fuiſſe ab illo, qui ſupra memoratur ver. 336—9. 341—8. Sed de uno eodemque lapide utrobique agi credibilius eſt, illic ſub perſona *Theodamantis*, et hic iterum ſub perſona *Heleni*; interpoſita illa (ſane poetica) de lapide *Siderite*, ſeu *Orite*, mythologia.

Ver. 504—603. Præteritis lapidibus, *Gagate*, *Scorpio*, et *Coryphode*, Epitomator ad *Coralium* tranſit; et, fabulâ de Perſeo omiſſâ, cætera

quæ

quæ in his verſibus traduntur fideliter ſatis exprimit; nonnulla etiam ex Dioſcoride adjicit.

Ver. 596. Debueram notare vocem ΠΕΡΙΣΜΥΧΟΥΣΑ noſtro jampridem reſtitutam fuiſſe ab eruditiſſimo Ruhnkenio ex conjectura. V. Timæ. Lex. p. 80.

Ver. 604. *Epitome.* Λιθος ΑΧΑΤΗΣ· ὗτος παντοιος μεν την μορφην. πολυχρωματος γαρ· και πη μεν Ιασπιδι προσεοικεν· πη δε τῳ Σαρδιω· πη δε τῳ Σμαραγδῳ· και τȣ μεν Ιασπιδος το ὑελωδες εχειν [l. εχει], τȣ δε Σαρδιȣ το ἁιματωδες, τȣ δε Σμαραγδȣ το αιγλϊεν [l. αιγληεν] τε και λαμπρον. αλλοτε δε και το φοινικȣν και ερυθρον εν αυτῳ, και όιον μΰλτωδες [l. μιλτωδες]. αλλα και χαλκῳ το χρωμα πολλακις εοικε· εστι δε ὁτε και μηλῳ. παντων δε προκρινȣσι μαλιστα τον ειδος εχοντα λιαν ερυθρον και ἁιματωδις, ὁν και δαφοινον καλȣσι. τȣτον δε αυτον και κατασπικτον ειναι φασιν, ὥσπερ τον λεοντα, φολισι πυρσαις, η και ποικιλας αναμεμιγμενας εχȣσαις και λευκας και μελαινας και χλωερας· τȣτον τοις σκορπιοδηκτοις ωφελειν κ. τ. λ.

Poſt hunc lapidem, Epitomator auctorem ſuum deſerens, levicula quædam congeſſit de multis lapidibus, quorum apud noſtrum nulla mentio. Plura igitur non addam.

INDEX LAPIDUM.

INDEX VERBORUM

E GESNERIANO EXCERPTUS.

A

* Simili plane phrasi utitur *Manetho*, αινα μογευντες. L. IV. v. 251-7. et *Maximus*, π. κατ αρχ. v. 248. αινα παθοντα.

αμυν-

δεθεις

I

K

κατου-

 κυδηνευ

μεγα-

N

* V. etiam not. ad v. 77. Eodem verbo utitur Proclus, Hym. ad Sol. V. 41. Αχλυν αποσκεδασας ΟΛΕΣΙΜΒΡΟΤΟΝ.

ὁτις

* Phraſin αμφ' οδυνησι docte illuſtrat BRUNCKIUS, Vir Cl. in nupera & emendatiſſima *Apollonii Rhodii* editione, ad L. II. v. 96.

† Præter *Oppianum* illum, quiſquis fuerit, των Κυνηγετικων ſcriptorem, plures (ex recentioribus, opinor, poetis) epitheton πυριγληνης variis rebus adjunxerunt. Sic *Manetho* III. 182. Jovem *Stellam* vocat ΠΥΡΙΓΛΗΝΟΝ φαεθοντα. *Joannes Gazæus*, Εκφρ. Κοσμ. Πιν. v. 81. [ap Rutgerſ. V. L. p. 101.] *Virtutem* deſcribit *ſplendentem*

dentem ΠΥΡΙΓΑΗΝΟΙΣΙ προσωποις. Eadem vox, ut ſuſpicor, reſtitui debet *Pſeudo-Orpheo*, in loco conclamato, Argonaut. v. 908. Λυσσαν επιπνειουσα ὑπερ γαλινοις σκυλακεσσι. Libenter legerem, ΠΥΡΙΓΑΗΝΟΙΣ σκ.

Χειρων

↓ p.125 here

FINIS.

DISSERTATIO

DE

BABRIO.

DISSERTATIO

DE

BABRIO,

FABULARUM ÆSOPEARUM SCRIPTORE.

INSERUNTUR

FABULÆ QUÆDAM ÆSOPEÆ

NUNQUAM ANTEHAC EDITÆ,

EX COD. MS. BODLEIANO.

ACCEDUNT

BABRII FRAGMENTA.

LONDINI,
Apud T. PAYNE et P. ELMSLEY.
MDCCLXXVI.

1776

DISSERTATIO
DE
BABRIO, &c.

IN vulgatis quas habemus ſub Æſopi nomine fabulis, obſervatum eſt à viris doctis nonnulla ſparſim inveniri melioris et quidem optimæ notæ, quæ ſi non ab ipſo Æſopo, at à ſcriptore antiquo et in primis eleganti derivata eſſe non poteſt dubitari. Horum plurima, cum metri Scazontis ſive Choliambici manifeſta ſervent veſtigia, ad Babrium [1] auctorem veri-

[1] Quis ille Babrius, quibus temporibus & locis vixerit, nondum compertum eſt. Suidas, qui ex opere ejus multa protulit, de ipſo hæc pauca notat. Βαβριας, η Βαβριος. μυθȣς ἤτοι μυθιαμβȣς, εισι γαρ δια χοριαμβων [l. χωλιαμβων] εν βιβλιοις δεκα. οὗτος εκ των Αισωπειων μυθων μετεβαλεν απο της αυτων λογοποιϊας εις εμμετρα, ηγȣν τȣς χοριαμβȣς [l. χωλιαμβȣς]. Bentleius, [*Diſſert. upon Æſop.* Sect. vii.] ponit eum *in ultimâ ætate bonorum auctorum.* Quod vagum eſt, et nullo, quantum video, argumento fundatum. Si criſis illa, quam nuper propoſui [*Archæologia*, vol. III. p. 235.], de loco Apollonii in Lexico Homerico, v. Αειδε, vera ſit (ut veriſſimam credo), juvabit nonnihil ad ætatem Babrii accuratius paulo determinandam. Locus iſte ex conjecturâ noſtrâ

in

verisimiliter referuntur, quem constat, ex Suidâ aliisque, collectionem satis amplam fabularum Æsopearum in eo metro scripsisse. Mihi propositum est in hâc dissertatiunculâ opinionem istam de Babrio aliquatenus confirmare, præsertim ope codicis cujusdam MSti in Bibliothecâ Bodleianâ servati, qui editores Æsopi huc usque latuit [2]. Observationes etiam

in metra choliambica distribuendus est, et sic legendus,

——Ταυτα δ' Αισωπος
Ὁ Σαρδιηνος ειπεν, οντιν' οἱ Δελφοι [Vulg. αδελφοι]
Ἀδοντα μυθον ου καλως εδεξαντο.

Hæc Babrii esse et metrum et sensus clamant. Hunc igitur Apollonio antiquiorem tuto statuamus; Apollonium autem circa tempora Augusti floruisse, cum Cl. ejus editore, verisimillimum arbitror; aut etiam aliquanto prius.

Ætati autem Babrio sic assignatæ suffragatur Avienus, qui eum ante Phædrum collocat. *Præf. Fab. Avieni.* "Quas (fabulas scilicet Æsopi) Græcis Iambis Babrius repetens in duo volumina coartavit; Phædrus etiam partem aliquam quinque in libellos resolvit."

In hoc autem ab Avieno Suidas discedere videatur, cum alter Babrio *duo volumina*, alter *decem libros* tribuat; sed non constat Avienum *volumina* posuisse eodem sensu, quo Suidas βιβλια; et præterea numeri in Codd. Mss. non raro turbantur.

[2] Et tamen, qui postremam editionem curavit, anno 1718, Johannes Hudsonus, Bibliothecæ illius à multis

etiam nonnullas adjiciam de collectionibus fabularum Æſopearum tam editis quam ineditis, eo maxime conſilio, ut ſpem meam eruditis approbem, multo plura operis Babriani fragmenta in lucem protrahi poſſe ex Codd. MSS. per varias Europæ bibliothecas putreſcentibus. Quod ſane egregio harum literarum incremento factum iri nemo eſt quin fateatur.

Primum igitur fabellas aliquot ex Codice Bodleiano deſcribam, quæ in nullo alio Æſopi codice, quod ſciam, leguntur, et quas ex Babrii Choliambis in proſam orationem converſas fuiſſe demonſtrant, non modo "disjecti membra poetæ" paſſim occurrentia, ſed etiam ipſius Babrii fragmenta quædam a Suidâ conſervata.

à multis retro annis Protobibliothecarius fuerat. Neque id dico, ut obtrectem viro docto, induſtrio, et de literis, præſertim Græcis, optime merito, ſed ut luculento exemplo demonſtrem, quantum incommodi res literaria ſuſtinuit, et ſuſtinebit, ex Indicibus Manuſcriptorum minus accurate confectis. Hinc enim, ut opinor, eluſa eſt Hudſoni diligentia. Exemplar noſtrum in Catal. Bibl. Bodl. n. 2906. in codice plures alios tractatus continente, deſcribitur ſub titulo mendoſo, "*Apologi varii Gr.*" adeoque in Indicem ſub nomine Æſopi, ut debuit, non relatum eſt. In Mſ., tituli loco, occurrunt hæc verba, quæ ſcriptor fortaſſe poſuit pro verſu Iambico: Αισωπος εὗρε τοις μυθοις πραξιν βιȣ.

V. [3] Αἱ Δρυες καλεμεμφοντο τον Δια· ὁτι, επει κοπτομεθα, τι ἡμας μετα των λοιπων φυτων εποιησας; ὁδε Ζευς ειπεν· ὑμεῖς αυται αιτιοι της κοπης· [4] ει μη γαρ ὑμεις τα στελλιδια εγεννατε, ουκ αν πελεκυς ὑμας εξεκοπτεν.

XXI. [5] Γαμοι τȣ Ἡλιȣ θερȣς εγινοντο· παντα δε τα ζωα εχαιρον επι τȣτῳ· ηγαλλοντο δε και Βατραχοι·

[3] Numeri Romani defignant ordinem fabularum in ipfo codice; in quo Alphabetice, fecundum primam cujufque fabulæ literam, difponuntur. Titulis enim omnino carent. Epimythia habent plerumque, et rarius Promythia: fed ea omnia omifi. Lectorem etiam monitum volo, me errores, qui in Mf. fcatent, licet manifeftiffimos, vix unquam correxiffe; quis enim in tali fcriptore emendando aut modus, aut finis?

[4] Simillima habemus apud Suidam in v. Στελεον, ex Babrio, ut ipfe ait, deprompta.

Ει μη γαρ ὑμεις στελεα παντα τικτητε,
Ουκ αν γεωργος πελεκυν εν δομοις ειχεν.

Idem in v. Στειλειος, [vel potius Στειλειον. V. Odyff. E. 236.] eandem fabulam, ut videtur, citat, ab auctore anonymo verfibus hexametris redditam:

———τι γαρ σθενος εσκε σιδηρῳ,
Ὑμειων ει μη οἱ ενι στειλειον αρηρει;

[5] Fabula hæc ex Phædri verfione fatis nota eft, l. i. 6. Græce autem nondum prodiit, nifi inter Iambica tetrafticha *Ignatii* illius *magiftri*, five *Diaconi*, quem *Gabriam* vocant. [V. *Fabric. Bibl. Gr.* i. 396.] Scriptor ille, qui fæculo nono ineunte floruit, et Babrium, ut verifimile eft, in compendium redegit, ne umbram quidem auctoris fui nobis hic confervavit

τραχοι· εἰς δε τȣτων ειπεν· ω μωροι, εις τι αγαλλεσθε; ει γαρ μονος ων ὁ Ἡλιος πασαν ὑλην αποξηραινει, ει γημας ὁμοιον αὐτῳ παιδα γεννησῃ, τι ȣ παθωμεν κακον;

XLVII. Ηριζεν ευφυει Γερανῳ [6] Ταως χρυσοπτερος, σκωπτȣσα την χροιαν της Γερανȣ· ἡδε εφη, αλλ'

conservavit. Codex noster multo propius exprimit fabulæ Babrianæ conclusionem, quam Suidas pene integram dedit in v. Αυηνας, auctore non nominato;

Ει γαρ μονος νυν λιβαδα πασαν αυαινει,
Τι μη παθωμεν των κακων, ὁταν γημας
Ὁμοιον αὐτῳ παιδιογεννηνσῃ [f. επιγεννησῃ];

[6] Ex hâc fabulâ, ut videtur, Suidas in v. Γερανος hæc affert:

Λιβυσσα Γερανος ὁ δε Ταως ευπηληξ
Χλωρην αει βοσκοιτο χειματος ποιην.

In versu priore metrum manifesto laborat; sed quomodo curandum sit, ex nostro, qui sæpius nimis brevis est, non patet. Nec succurrit Avienus, qui eundem, quem noster, Babrium ante oculos habuisse videtur, *fab.* xv.

Threïciam volucrem fertur Junonius ales
Communi sociam continuisse cibo.
Namque inter varias fuerat discordia formas,
Magnaque de facili jurgia lite trahunt;
Quod sibi multimodo fulgerent membra decore,
Cœruleam facerent livida terga Gruem.
Et simul erectæ circumdans tegmina caudæ
Sparserat arcanum rursus in astra jubar.

 Illa,

αλλ' εγω αϛρων εἶγυς ἱπ]αμαι και φωνω· συδε, ὡς αλεκ]ωρ, χαμαι π]ερυσση, ουδ' ανω φαινει.

LXXIV. Λεων νοσησας εκει]ο εν φαραγΓι· τῃ προσφιλει δε Αλωπεκι, ῃ προσομιλει, ειπεν· ει θελεις ὑγιαναι με και ζῃν, την Ελαφον την μεγιϛην, την εις τον δρυμον οικȣσαν, τοις γλυκεσι σȣ λογοις εξαπατησασα αγε εις εμας χειρας· επιθυμω γαρ αυ]ης εγκα]ων και καρδιας· ἡδε Αλωπηξ . . . . και χαιρειν ειπȣσα εφη· αγαθα σοι ηλθον μηνυσαι· οιδας ὡς ὁ βασιλευς ἡμων Λεων γει]ων εϛι σοι· νοσει δε και εϛιν εγΓυς τȣ θνησκειν· εϐȣλευε]ο ȣν ποιον των θηριων μετ' αυ]ον βασιλευσει· εφη δε, ὁτι [7] Συς μεν εϛιν αγνωμων·

Illa, licet nullo pennarum certet honore,
His tamen inſultans vocibus uſa datur.
Quamvis innumerus plumas variaverit ordo,
Merſus humi ſemper florida terga geris.
Aſt ego deformi ſublimis in aëre pennâ
Proxima ſideribus numinibuſque feror.

[7] Habemus hic, niſi fallor, ipſiſſima Babrii verba. Hæc autem fabula verſibus etiam hexametris expoſita fuiſſe videtur, ab auctore anonymo, ut veriſimile eſt, qui citatur in n. 4. Ad hunc enim locum referrem fragmentum quod occurrit in Suida, v. Αδεν.

Ουδε οἱ ȣδ' αιθων αδε Παρδαλις, ȣνεκα θυμῳ
Εμπλειη.

cui etiam alteram verſiculi partem, quæ legitur in v. Πολλον, adnectendam ſuadeo, ita ut duo integri conficiantur Hexametri :

Ουδε οἱ ȣδ' αιθων αδε Παρδαλις, ȣνεκα θυμῳ
Εμπλειη· το δε πολλον αγηνορα μεμφε]ο Τιγριν.

Αρκος

Αρκος δε νωθρος, Παρδαλις δε θυμωδης, Τιγρις αλαζων· ἡ Ελαφος αξιωλαλη εςιν εις βασιλειαν, ὅτι ὑψηλη εςι το ειδος· πολλα δε ετη ζῃ· το κερας αυλης οφεσι φοβερον· και τι σοι τα πολλα λεγω; εκυρωθης βασιλευειν· τι μοι εςαι πρωλῃ σοι ειπȣσῃ; αλλ' ευξαι μοι σπευδȣσῃ, χρῄζει γαρ με συμβȣλον εν πασιν· ειδε εμȣ της γραος ακȣσης, συμβȣλευω και σε ελθειν και προσμενειν τελευλωνλι αυλῳ. οὑτως ειπεν ἡ Αλωπηξ· της δε ὁ νȣς ετυφωθη τοις λογοις· και ηλθεν εις το σπηλαιον μη γινωσκȣσα το μελλον· ὁ Λεων δ' εφορμησας αυλῃ εν σπȣδῃ τα ωτα μονον τοις ονυξιν εσπαραξεν· ἡδε ταχεως εσπευδεν εν ταις ὑλαις· ι αι ἡ μεν Αλωπηξ τας χειρας εκρολησεν, ὁτι εις ματην εκοπιασεν· ὁδε Λεων μεγα βρυχωμενος εςεναξεν· λιμος γαρ αυλον ειχε και λυπη· και ἱκελευε την Αλωπεκα εκ δευλερȣ τι ποιησειν, και δολῳ παλιν ταυλην αγαγειν· ἡδε ειπεν, χαλεπον και δυσκολον επιταττεις εμοι πραγμα· αλλ' ὁμως ὑπȣργησω σοι· και δη ὡς ιχνευλης κυων επηκολȣθει πλεκȣσα πανȣργιας· ποιμενας δε επερωλα, ει ειδον Ελαφον ἡμαγμενην· οἱδε εδειξαν εν τῃ ὑλῃ· εὑρε δε αυτην καλαψυχομενην, και εςη αναιδως· ἡδε Ελαφος χολωθεισα και φριξασα την χαιλην ειπεν· ω καθαρμα, αλλα ουκελι χειρωσῃ με· ειδε και πλησιασεις μοι ου ζησεις ελι· αλλȣς αλωπεκιζε τȣς απειρȣς· αλλȣς ποιει βασιλεις και ερεθιζε· ἡδε ειπεν· ȣτως ανανδρος ει και δειλη; οὑτως ἡμας τȣς φιλȣς ὑποπλευεις; ὁ μεν Λεων τȣ ωτος κραλησας ημελλε συμβȣλευειν, και ενλολας σοι δȣναι περι της τηλικαυλης βασιλειας, ὡς αποθνησκων·

κων· [8] συδε ὑδε κνησμα χειρος αρρωςυ ὑπεςης. και νυν ὑπερ σε πλειον εκεινος θυμϋται· και βασιλεα τον Λυκον θελει ποιησαι· οιμοι πονηρον δεσποτην· αλλ᾽ ελθε, και μηδεν πτοηθῃς. και γενυ ὡς προβατον· ομνυμι γαρ σοι εις τα φυλλα παντα και πηγας μηδεν κακον παθειν παρα τυ Λεοντος· εγω δε μονῃ σοι δϋλευσω. [9] ὑτως απατησασα την δειλαιαν επεισε δευτερον ελθειν· επει δε εις το σπηλαιον εισηλθεν, ὁ μεν [10] Λεων δειπνον ειχε, παντα τα οςα και μυελυς

[8] Elegantiſſimum Scazonta Scriptor noſter turbavit. Babrius, opinor, dederat:

Συδ᾽ ουδ᾽ ὑπεςης κνησμα χειρος αρρωςυ.

In ſequentibus manifeſta ſunt formæ Iambicæ veſtigia; præſertim in illis, Οιμοι πονηρον δεσποτην! & in juramento lepidiſſimo,

Ομνυμι γαρ σοι φυλλα παντα και πηγας.

Hæc tamen—γενυ ὡς προβατον—monachum redolent.

[9] Hic Scriptor brevitati nimis ſtuduit. Babrii verba ſervavit Suidas in v. Αχαιΐνη.

Τοιαυτα κωτιλλυσα την αχαιΐνην
Επεισεν ελθειν δις τον αυτον εις αδην.

[10] Hæc etiam integriora leguntur apud Suidam in v. Πανθοινην.

Λεων μεν αυτος ειχε δαιτα πανθοινην,
Εγκατα λαφυσσων, μυελον οςεων πινων,
Καὶ σπλαγχνα δαπτων——

Et in v. Νεβρος.

Πεινωσα κερδω, καρδιην δε νεβρειην
Λαπτει πεσυσαν ἁρπασασα λαθραιως.

Verſum primum ſollicitavit Doctiſſimus Toupius, *Emend. in Suidam*. T. iii. p. 6. ſed minus recte, et oblitus

ελȣς και εγκαʃα καʃαπινων· ἡδε Αλωπηξ εις̛ηκει ὁρωσα· καρδιαν δε εκπεσȣσαν ἁρπαζει λαθραιως, τȣ κοπȣ κερδος ταυʃην φαγȣσα· ὁ δε Λεων ἁπανʃα ερευνησας μονην καρδιαν επεζηʃει· Αλωπηξ δε μηκοθεν ς̛αθεισα εφη· αὑτη αληθως καρδιαν ουκ ειχεν· μη ἐʃι ζηʃει· ὁποιαν γαρ καρδιαν αυʃη ειχεν, ἡτις δις εις οικον και χειρας λεονʃος εισηλθεν [11];

oblitus ſapientiſſimæ, quam ipſe in Præfatione, T. I. tradiderat regulæ, " Suidam ſcilicet minime ſollicitandum eſſe, niſi locum inveneris, ad quem reſpexerit." Sic etiam iterum T. II. p. 65. fruſtra corrigit verſum, qui mox adducendus eſt ad Fab. xciii. n. 16. In aliis Babrii locis quæ tractat ad Suidam Vir κριʃικωʃαʃος, quanquam in tenebris micans, plerumque feliciter ſe expedit.

[11] Concluſio hujus fabulæ, ut mihi videtur, ſatis frigida eſt, et tamen imitatorem habuit auctorem libri per orientem celeberrimi, qui Arabice, credo, vocatur, *Calilah wa Damnah.* [Vide Græcam iſtius libri verſionem ſub titulo *Sapientiæ Indorum* a Starkio editam, p. 332.] Niſi vero Criticis iis fidendum ſit, qui librum iſtum Arabice verſum fuiſſe ferunt (ex Indico ſcilicet ſermone, in quo primum ſcriptus eſt) *trecentis ante Alexandrum M. annis.* Præf. Starkii, Sect. xi. Quod ſane non magis veriſimile exiſtimo, quam fabulas eas, quæ, Æſopicarum plane gemellæ, ſub Lokmanni nomine venditantur, Arabice prius quam Græce compoſitas exſtitiſſe.

Hinc etiam Avienus Suem *ſine corde* finxit. *Fab.* xxx.

LXXXV.

LXXXV. [12] Λυκοις και Κυσιν ην ποτε εχθρα· Κυων δε Ἑλλην ἡρεθη ϛρατηγος Κυσιν· οὑτος προς την μαχην εϐραδυνεν· οἱδε Λυκοι ηπειλουν σφοδρως· ὁδε ειπεν· οιδατε τινος χαριν βραδυνω; πρεπον εϛιν αει προϐουλευεσθαι· ὑμων γαρ το γενος ϗ ἡ χροα παντων ἑν εϛιν· οἱ ἡμετεροι δε εκ πολλων τροπων εισι και τοις τοποις καυχωνται· αλλα και ἡ χροια ἁπαντων ουκ εϛι μια, και ιση· [13] αλλ᾽ οἱ μεν μελανες, οἱδε πυρροι· οἱδε λευκοι και τεφρωδεις· και πως αν δυνηθειην εις πολεμον αρχειν των ασυμφωνων και μη ὁμοια παντα εχοντων;

XCIII. [14] Μυες δυο, ὁ μεν αρουραιος ὁδε οικοσιτος, κοινον ειχον τον βιον· ὁδε οικοσιτος ηλθε πρωτος δειπνη-

[12] In hâc fabulâ fortaſſe locum habuerunt, quæ affert Suidas in v. Φρητρα, auctore non nominato.

Οἱ σφας εκοσμουν, και διειλον εις φρητρας,
Λοχους τε και φαλαγγας, ὡσπερ ανθρωπους.

[13] Ipſa Babrii verba ſunt ap. Suidam, v. Διαργεμοι.

Αλλ᾽ οἱ μεν ὑμων [f. ἡμων] μελανες, οἱδε τεφρωδεις,
Ἑτεροι δε ξανθοι και διαργεμοι ϛηθη.

[14] Ex initio hujus fabulæ citantur tres verſus hexametri, ut Babrii, à Suida in v. Εταιρειη.

Θεντο μετ᾽ αλληλοισιν εταιρειην μυε δοιω,
Ου καθομοα ζωοντες· ὁ μεν κατα νειον ερημην
Ετρεφεθ᾽· ὁς δε δομοισιν εν αφνειων τρεφετ᾽ ανδρων.

Qui ſi revera Babrii ſunt, dicendum eſt eum hanc fabulam, diverſo carminis genere, bis expreſſiſſe: nam præter verſus integros Choliambicos, quos ſervavit Suidas, multorum fragmenta indubia ſuppeditat

δειπνησων επι της αρȣρας ετι ανθȣσης· τρωγων δε σιτον και ριζας συν τοις βολοις ειπεν. Μυρμηκος ζῃς βιον ταλαιπωρȣ· εμοι δε πολλα ενεςιν αγαθα· το κερας οικω της αμαλθειας ὡς προς σε· εαν ελθῃς μετ' εμȣ ὡς θελεις ασωτευσῃ. απηγε πεισας τον μυν εν τῳ οικῳ· εδειξε δε αυτον σιτον και αλευρα και [15] οσπρια και συκα και μελι και φοινικας· οὑτος δε ετερφθη και διεχυθη· ὁδε ηγαγε και τυρον εκ κανισχιȣ συρων· ηνοιξε τις την θυραν· οἱδε εφυγον εις ςενην τρωγλην· ετζυριζον δε ὑπ' αλληλων ςενȣμενοι· ὡς δε παλιν ηλθεν εκκυψαι και μικραν ισχαδα συραι, [16] ἑτερος ηλθεν αλλο τι αραι·

peditat codex nofter. Hujufmodi funt illa non procul ab initio,

Ὁδ' οικοσιτος πρωτος ηλθε δειπνησων—

Et,

Μυρμηκος, ειπε, ζῃς βιον ταλαιπωρȣ—

Et alia multa per totam fabulam.

Cum autem Suidas nufquam alias, quantum video, verfus hexametros ex Babrio citet, eum in hoc loco memoriâ lapfum crediderim, et verfus hos Anonymo illi tribuendos effe, cujus Μυθȣς, vel Μυθικα, non raro citare folet. [V. fupra n. 4. & 7.] Hic vero, neque ipfe fpernendus auctor, poft Babrium, opinor, fcripfit, et fabularum ejus (nonnullarum faltem) *Paraphrafin*, verfibus partim Hexametris partim Elegiacis, confecit.

[15] Suidas in v. Σωρακȣς hæc habet, ex Babrio,

Πȣδ' οσπριων ην σωρος, η πιθος συκων,
Σταμνοι τε μελιτος σωρακοι τε φοινικων—

quæ huc verifimiliter referenda funt.

[16] Elegantius ipfe Babrius ap. Suidam in v.

 Καμει-

αραι· οἰδὲ ενδον εκρυπ]ον]ο· ὁδε αρȣραιος μυς καιπερ τοσαυ]α πεινων ειπε· χαιρε και πλȣ]ει και τρυφα, εχων τα παν]α με]α κινδυνων· [17] εγω δε βο]ανας και ριζας τρωγων αφοϐως και λι]ως ζησω.

Aliæ ſunt in eodem codice fabulæ, quæ, licet Suidæ teſtimonio deſtituantur, originem ſuam ex Babrii choliambis per ſeipſas ſatis produnt. Ejuſmodi ſunt ſequentes.

XLIV. Ζευς εν πιθῳ [18] ταγαθα παν]α συγκλεισας αφηκε παρα ανθρωπῳ τινι· ὁδε λιχνος ανθρωπος,

Καμειραια ισχας·

Μικρον δ' επισχων, ευτ' εσωθεν εκκυψας
Ψαυειν εμελλεν ισχαδος Καμειραιας—

[17] Choliambi duo, qui Babrio fabulam clauſerunt, exſtant ap. Suidam in v. Κριμνον·

Εγωδε λι]ης ȣκ αφεξομαι βωλȣ,
Ὑφ' ἡν τα κριμνα μη φοϐȣμενος τρωγω.

[18] Scripſerat forte Babrius,

Εν αμφορει Ζευς τ'αγαθα παν]α συγκλεισας—

Quæ ſequuntur verſum integrum faciunt,

Αφηκε παρ' ανθρωπῳ τιν'· ὁδε λιχνος ανθρωπος—

ſi modo Babrium Anapæſtum in quintâ ſede admiſiſſe credamus; quod non incredibile eſt, cum Spondeum in iſta ſede alibi reperiamus. V. Suidam in v. Εκαςο]ε.

Ετιλλεν ας ευρισκε λευκανθιζȣσας—

Hujuſmodi autem Choliambus (ut id obiter moneam) ab Ananiâ, Iambographo vetere, frequentabatur, et ισχιορρωγικος dicebatur, i. e. *elumbis*, vel, ſi fas, *lumbifractus*. Ita Auctor Anonymus *de Metris*. Mſ. *Harl.* 5635. Το παλαιον Ιαμϐικον διαιρει]αι εις το κωμικον,

ανθρωπος, ειδεναι θελων τι εςιν εν αυτω, το πωμα εκινησε· παντα δε επετασθησαν προς τες θεους.

L. Θεοι παντες [19] εγημαν ἡν ἑκαςος ειληφεν εν κληρω· Πολεμος παρην εσχατω κληρω. Ὑβριν δε μονην κατελαβεν· ταυτης περισσως ερασθεις εγημεν· επακολουθει δε αυτη πανταχου βαδιζουση.

LVI. Ἱππον τον ἑαυτου ςρατιωτης, ἑως μεν καιρος του πολεμου ην, εκριθιζεν, εχων συνεργον εν ταις αναγκαις· ὁτε δε ὁ πολεμος κατεπαυσεν, εις δουλειας τινας και φορτους βαρεις ὁ Ἱππος ὑπουργει, αχυρω μονω τρεφομενος. ὡς δε παλιν πολεμος ηκουσθη, και

κωμικον, τραγικον, σατυρικον, το Ἱππωνακτειον το και χωλον, το του Ανανιε το και ισχυορρωγικον [l. ΙΣΧΙΟΡΡΩΓΙΚΟΝ].——Τουδε Ανανιε proprium eſt το απο του τεταρτε ποδος μεχρι τελες πεντε συλλαβας εχειν και ταυτας μακρας· διο και ισχυορρωγικον [l. ΙΣΧΙΟΡΡΩΓΙΚΟΣ] ὁ ςιχος οὑτος λεγεται, δια το μη κατα το τελος πασχειν την χωλευσιν, ὡς ὁ τε Ἱππωνακτος, αλλ᾽ ανωτερω απο της τεταρτης χωρας. Quod ſane notandum eſt, utpote alias non temere legendum.

[19] Horum nonnulla in metra Choliambica facillime reſtituantur;

——Θεοι παντες
Εγημαν, ἡν ειληφ᾽ ἑκαςος εν κληρω·—

et mox,

Αυτη δ᾽ ακολεθει πανταχε βαδιζεση.

Neſcio autem an hæc fabula ſimilis ſit illi, quam ex libro xx *Theopompi Philippicorum* memorat Theo, *Progymnaſm.* p. 12. Ed. Baſil. 1541. ὁ τε Πολεμε και της Ὑβρεως [μυθος], ὁν ὁ Φιλιππος διεξερχεται προς τες αυτο ςρατιωτας των Χαλκιδεων.

ἡ σαλπιγξ

ἡ σαλπιγξ εφωνει, τον Ἱππον χαλινωσας ὁ δεσποτης και αυτος καθοπλισθεις επεβη.

Ὁ δε συνεχως κατεπιπτε μηδεν ισχυων. [20] εφη δε τῳ δεσποτῃ· απελθε μετα των πεζων των ὁπλιτων αρτι· συ γαρ αφ᾽ ἱππȣ εις ονον με μετεποιησας, και πως παλιν εξ ονȣ ἱππον θελεις εχειν;

LXXVI. Λεων τις εβασιλευεν ουχι θυμωδης, ουδε ωμος, ουδε βιαιος, αλλα πραος και δικαιος ὡσπερ ανθρωπος [21]· επι δε της αυτȣ βασιλειας συναθροισμος εγενετο παντων των ζωων δȣναι δικας και λαβειν προς αλληλα· ὁ λυκος μεν προβατῳ, παρδαλις δε αιγαγρῳ· ελαφῳ δε τιγρις, κυων δε λαγωῳ·

[20] Præter hunc verſum, qui illæſus ſervatus eſt, concluſio hujus fabulæ in duo Choliambos non male diſtribuatur:

Συ γαρ εις ονον με μετεποιησας εξ ἱππȣ,
Και πως παλιν εχειν εξ ονȣ θελεις ἱππον;

[21] Si pauca ſuppleas, habebis tres integros verſus——

Λεων τις εβασιλευεν, ουχι θυμωδης,
Ουδ᾽ ωμος, ȣδε βιαιος, αλλ᾽ [αοργητος]
Πραος [τε] και δικαιος, ὡσπερ ανθρωπος—

et etiam quartum—

Δικας τε δȣναι και λαβειν προς αλληλα.

Concluſionem autem hujus fabulæ non a Babrio, ſed ab alienâ et inficetâ manu profectam ſuſpicor. Exordium non multum abludit ab illis quæ leguntur in Phædro, l. iv. 12. ſed ibi etiam finis deeſt. Phædri fabulam integriorem habuiſſe videntur auctores *Fabularum antiquarum*, quas Nilantius edidit. V. Fab. A. xlix. R. xxxvii. Neque vero illi concluſionem, ut arbitror, veram dederunt.

ὁ πτωξ

ὁ πτωξ δε εφη· ηυχομην ιδειν την ἡμεραν ταυτην, ἱνα τοις βιαιοις φοβερα τα ευτελη φανωσιν.

XCIV. Ναυν ποτε μετα των ανδρων βυθισθεισαν
ιδων τις, αδικως ελεγε τους θεους κρινειν·
δι' ἑνα γαρ ασεβη συναπωλοντο και αναιτιοι· ταυτα αυτε λεγοντος, μυρμηκων πολλων οντων εν τω τοπω εν ᾡ ετυχεν ἱςαμενος, συνεβη ὑφ' ἑνος δηχθηναι τουτον. ὁ δε ὑφ' ἑνος δηχθεις συνεπατησε τους παντας. Ἑρμης δε επιςας [22] αυτω και τη ῥαβδω παιων ειπεν· ειτα ουκ ανεχεις συ τους θεους δικαςας ειναι, οἱος ει συ των μυρμηκων;

XCVII. Ὁδοιπορων τις εν ερημω εὑρε γυναικα μονην κατηφη εςωσαν· και φησιν αυτη, τις ει; ἡδε εφη, Αληθεια· και δια ποιαν αιτιαν
την πολιν αφεισα την ερημιαν οικεις;
ἡδε ειπεν, ὁτι τοις παλαι καιροις παρ' ολιγοις ην το ψευδος, νυν δε εις παντας ανθρωπους εςιν, εαν τι ακουειν και λεγειν θελεις.

CIV. Ὁ Ζευς τας των ανθρωπων ἁμαρτιας εν οστρακοις τον Ἑρμην ωρισε γραφειν, και εις κιβωτιον αποτιθεναι πλησιον αυτε,
ὁπως ἑκαςου τας δικας αναπρασση·
συγκεχυμενων δε των οςρακων επ' αλληλοις,
το μεν βραδιον το δε ταχιον εμπιπτει
εις τας του Διος χειρας, ειποτε καλως κρινοιτο.

[22] Babrium ſcripſiſſe conjicio—
Ἑρμης δ' επιςας, ειπε, τη ῥαβδω παιων·—
Quæ quidem elegantiſſima ſunt, et Mythographiæ genus exquiſitiſſimum redolent.

Atque

Atque hæ quidem omnes, quas hic protuli, fabulæ in vulgatis Æſopi codicibus deſiderantur. Multo plures ſunt in codice Bodleiano, quæ cum editis in ſummâ rerum convenire dicantur, eædem tamen verba quædam poetica, phraſes elegantiores, et etiam verſus integros ex Babrio, ut videtur, derivatos conſervant, quos in aliis exemplaribus fruſtra quæras. Speciminis loco paucas ſubjiciam.

I. ——V. Edit. Oxon. 1718. Fab. 138.

